BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
36 F
207

14.36.F.20

14-36.F.20

DECISIONVM AVREARVM MAG. REGIAE CVRIAE REGNI SICILIAE

LIBER VNICVS.

AVCTORE DON NICOLAO INTRIGLIOLO
Patritio Catinenſi Iuriſconſulto conſummatiſsimo,

OLIM IN ALMO PATRIÆ SVÆ GYMNASIO VESPERTINIS Horis maximo omnium applauſu Iura Ciuilia publicè interpretante,

ET IN MAG. REG. CVR. ADVOCATO, ET CONSVLTORE veraciſſimo, & quater ſumma cum Dignitate eiuſdem Magnæ Regiæ Curiæ Iudicis, ac Conſiliarij Regij officio functo.

Cum Argumentis, Summarijs, Numeris, & Indice materiarum locupletiſſimo.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PANORMI,

Ex Typographia Io. Baptiſtæ Maringhi, M. DC. XVII.

DECISIONVM
AVREARVM MAG. REGIAE CVRIAE REGNI SICILIAE
LIBER VNICVS.

AVCTORE DON NICOLAO INTRIGLIOLO
Patritio Catinensi Iurisconsulto consummatiſsimo,

OLIM IN ALMO PATRIAE SVAE GYMNASIO VESPERTINIS
Horis maxima omnium applauſu Iura Ciuilia publicè interpretante,

ET IN MAG. REG. CVR. ADVOCATO, ET CONSVLTORE
vectigalium, Regiaeq; ſumma cum Dignitate eiuſdem Magnae Regiae
Curiae Iudicis, ac Conſiliarij Regij officio functo.

Cum argumentis, Summarijs, Numeris, & Indice materiarum locupletiſsimo.



PANORMI,

Ex Typographia Io. Baptiſtae Maringhi. M. DC. XVII.

ILLVSTRISSIMO DOM.

DON FRANCISCO RAO IN REGNO SICILIAE MAGNAE

REGIAE CVRIAE PRAESIDI.

Jo. Baptiſta Maringus S. P. D.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CVM Typis meis Nicolai Intriglioli Deciſiones edere decreuerim, quod vulgò illas à multis efflagitari viderem, non fuit mihi diù ambigendum, Præſes Illuſtriſsime, quemnam operi adoptarem patronum, cuique aureum planè librum de more donarem. Nam cur illum tibi dicauerim, non vna modò me perpulit cauſſa: Poſcebat id tum ſumma ſcriptoris, dum vixit, erga te obſeruantia, tuuſque non vulgaris, quo illum complecti ſolebas amor, tum etiam non exigua illa beneficia, quibus me quotidiè auctum vis, quibuſq; ni me deuinctum fatear, ingrati profectò animi notam ſubeam, id ſuo quodammodo iure poſtulare videbantur. Quid quod ſi ſplendoris, ac patrocinij cauſſa, illuſtris alicuius viri nomine frons ipſa libri paſsim inſigniri ſolet, vnde nam maior operi, quam ex tuo illuſtriſsimo nomine, accedere poterat ſplendor, quod non ſolum Siculas oras maximo cum bonorum amorem, malorumque metu peruagatur; Sed etiam quà ſe longè lateq; Hiſpanum porrigit imperium, auſim & Europæ fines dicere adeò glorioſè peruaſit? vnde nam maius ſperari patrocinium par erat, quam à te ipſo, cuius impulſu atq; auctoritate, dum tot annos Magnæ Regiæ Curiæ Præſides, hæ latæ ſententiæ, hæ natæ deciſiones? patere igitur læta fronte Illuſtriſsime Præſes tuis auſpicijs librum hunc in vulgus prodire, meq; vt aſſoles fauore perge. Deus Opt. Max. te nobis Reique publicæ diutius ſeruet incolumem. Ex Typographia noſtra. Panormi Kalendis Ianuarij. M. DC. XVII.

DON NICOLAI INTRIGLIOLI PATRITII CATINENSIS, IVRISCONSVLTI CONSVMMATISSIMI,

DECISIONVM M. R. C. REGNI SICILIAE

LIBER PRIMVS.

ARGVMENTVM.

Agenti ex pacto de retrouendendo, quandò denegatur feudi reſtitutio.

SVMMARIVM.

Retrouenditio impeditur non ſatisfactis meliorationibur in re petita factis, nu. 1.

Meliorationes, de quibus conſtaret in proceſſu, etiam inliquidæ impedirent fieri reſtitutionem rei, nu. 2. etiam oblata fideiuſſione, nu 3. contra, nu. 8.

Depoſitum dabet fieri de pecunijs eiuſdem qualitatis, bonitatis, & valoris iuxta pactum cõtrahetium, & vniuerſale ius, nu. 4.

Depoſitum confeſſatum de cuius numeratione conſtat aliàs, quàm per confeſſionẽ depoſitarij, non gaudet priuilegijs veri depoſiti, nu. 5.

Depoſitum nõ dicitur legitimũ, ſi eius deponentes fructus perciperen, nu. 6. declara, nu. 17.

Depoſitum non integrum, ſeu alitèr in legitimum perit periculo deponentium indiſtinctè, nu. 7.

Cap. Regni Regis Caroli 214. non habet clauſulã, ſolutis prius meliorationibus, nu. 9. ratio, nu. 10.

Meliorationes immenſæ maximè ſtante paupertate partis nõ poſſunt impedire reſtitutionẽ rei, nu. 11.

Meliorationes debent eſſe vtiles, vel neceſſariæ, vt impediant reſtitutionem feudi, nu. 12.

Meliorationes debẽt fieri in re, nõ extrà rem, vt ipſius impediant reſtitutionem, nu. 13.

Bancherij noſtri temporis non ſunt verè depoſitarij, num. 14.

Depoſitarij veri qui dicantur? nu. 15.

Depoſiti actio oritur ex ſola confeſſione pecuniarum, quamuis irregularis, nu. 16.

Banchus dicitur tutus in ſpecto tempore depoſitionis, quo omnes de eo confidebant, nu. 18.

Cap. Regni Regis Caroli 256. tollit omnia pacta, difficilem reddentia retrouenditionem, nu. 19.

Conſuetudo generalis permictit ſolutionem fieri poſſe in qualibet ſpetie monetæ, iuxtà valorẽ antiquioris receptæ, nu. 29.

Legitimatio perſonæ requiritur in quoquamq; inditio, etiam exequtiuo, nu. 21.

Verbũ poſteris intelligitur in materia feudali de primogenitis, non etiam de omnibus ſucceſſoribus, nu. 22. Et iunctum verbo ſucceſſoribus, exigit concurſum vtriuſq; qualitatis, ſcilicèt quòd ſit heres, & quòd ſit de primogenitis contrahentis, nu. 23. declara, nu. 30.

Ceſſionarius ſuccedit in vniuerſum ius cedẽtis, nu. 24.

Ius primogenituræ nõ eſt ceſſibile, nu. 25. cõtra, nu. 30

Pactum perſonale non extenditur ad alias perſonas, num. 26.

Ceſſionarius non obtinet ius ceſſum, ſi non habet annexas qualitates cedentis, nu. 27.

Actio ex ſtipulatu eſt perſonalis, nu. 28.

Et nõ tranſit ad tertiũ venientem iure proprio, nu 29.

Cap. Regni Regis Caroli 256. & 214. concedit ſucceſoribus feudi ex pacto, & prouidentia actionem ad retrouendendum, reiectis omnibus alijs pactis, prèter ſimplicem conuentionem ipſam reddimendi, nu. 31. 37. & 39.

Lex vbi eſt clara, non datur dubitationi locus, nu. 32.

Succeſſorum appellatione in cõtractibus, venit etiam ſingularis ſucceſſor, nu. 33.

Actio nõ datur, nõ adimpleta prius conditione, n.3 4.
Facere aliquid ad ſtrictus, nõ poteſt operari, quominus illud fieret, nu. 35.
Conditio habetur pro impleta, ſi nõ ſteterit per aliquẽ, quominus adimpleatur, nu. 36. (nu 38.
Correſpectiuorũ natura eſt, vt habeantur pro eodem,
Cap. Regni Regis Caroli 256. vti declaratorium trahitur ad præteritos caſus, nu. 40.

DECISIO. I.

DON Fredericus, D. Guglielmus,
& D. Hieronimus de Mõtecate-
no, pater, & filij vendiderũt Baro
nias Mõtis Fortis, & Sancti Petrij
Baldaſſari, & Iſoldę Saccano matri, & filio, ſub
pluribus pactis, maximè de retrouẽdo, pro pręcio
ſcutorũ viginti ſeptẽ mille in actis Notarij
Hieronimi Mãgiãti 21. Aprilis 13. Ind. 1540.

Et ſtãte pacto prędicto fuit facta iniunctio ad
retrouendendũ demãdato Curię Straticotialis
Nobiliſſimę Vrbis Meſſanę ad inſtãtiam Don
Franciſci de Montecateno ſucceſſoris vẽdito-
rum, Iacobo Marię Saccano ſucceſſori empto-
rum, Et quicquid fuerit interloquutum per Iu-
dices Meſſanenſes, agitata iãdem fuit cauſa in
Magna Curia, ſi debuiſſet dicta iniunctio retra-
ctari, vel procedere.

Et quòd debuiſſet retractari ex parte empto-
rum adducebatur primò quia depoſitũ nõ fuit
1 integrũ, cum in † Baronijs fuerint benefacta,
& pro eis, etiam nummus minimè depoſitatus.
Quò ſit (etiam circumſcripto pacto adiecto in
d. cõtractu venditionis, quòd in caſu reluitio-
nis debuiſſent ſolui melioramenta) vt nõ ſatiſ-
factis meliorationibus per vẽditores retrahere
volẽtes, dicta iniunctio inlegitima iudicari de-
beret, ad Cagn. in l. 2. nu. 175. C. de pact. inter
empt. & vẽdito, per l in fundo, & l. emptor, ff.
de rei vend. l. domos, ff. de leg. 1 l. Colonus, in
prin. ff locati, Tiraq. de retr. cõuent. §. 7. gloſſ.
1. ſub nu. 2. Bal. conſ. 303. lib. 1. gloſſ l. qui ex-
ceptionẽ, §. ſi pars ff. de cond. indeb. Bal. conſ.
167. in fin. vol. 1. Vinc. de Franch. deciſ. 113.
nu. 16. lib. 3.

2 Et licèt nõ fuerint † dictæ meliorationes li-
quidatę, nec appareat de earum quãtitate, ſuffi-
ciet conſtare in proceſſu fuiſſe factas, ad Petr.
Ant Apetra in tract. de fideicom. quęſt. 15. nu.
307. Gall. de obl. camer. fol. 86. Pute deciſ. 471.
lib. 2. Veral. deciſ. 150. lib. 2. Menoch. de recu-
per. poſſeſſ. 15. remed. nu. 569. verſ. cõtrarium
Grauet conſ. 408. nu. 2. & 3 vol 3. Surd. conſ.
180. nu 15. vol. 2. Turret. conſ. 33. nu. 24. vol.
2. Franch. deciſ. 112. num. 16. Viui. deciſ. 117.
nu. 10. Menoch conſ. 790. nu. 12. & 13. vol. 8.
Bal. conſ. 308. in fin. vol. 2. Menoch. conſ. 562.
nu. 15. vol. 6. ità vt reipetitæ impediatur reſti-
3 tutio, etiam † oblata fideiuſſione de ſoluendis
meliorationib' facta liquidatione, Menoch. d.
remed. 15. nu. 570. Tiraq. de retr. conuent. §. 7.
gloſ. 1. nu. 13. per l. cũ ſeruus, in fin. ff. de cond.
& demonſtr. l. item liberatur, §. 1 ff quib. mod.
pign. vel hyp. ſolu. l. promiſſor ſtichi §. vlt. ff.
de cõſtit. Pecũn. Apetra in d. quęſt. 15. nu. 310.
in fin. Capic. deciſ. 17. nu. 7.

Ruſus allegabatur, nõ integrum depoſitũ,
4 neq; legitimum, quia nõ † fuit factum de pecu-
nijs eiuſdẽ qualitatis, bonitatis, & valoris iuxtà
pactũ cõtrahentiũ, & vniuerſale ius, Bolognet.
conſ. 11. nu 39. & 40. Cephal. cõſ. 31. nu. 5. vol.
1. Bar. in l. ſi ſtipulatus ſim decẽ in melle, ff. de
ſolut. Brun. in tract. de augm. & dimin. mone.
concl. vlt. 2. pręmiſſo nu. 7. Afflict. in cap. 1. nu.
27. quæ ſunt regal. Boer. deciſ. 327. nu. 3. & 4.
Menocch. conſ. 358. nu. 3. & 6. Curt. Iun. conſ.
24. nu. 6. verſ. & poſtea, Crauet. conſ. 47. nu 1.
Bar. in l. Paulus num. 4 ff. de ſolut. Aleiat. reſp.
155. ſub nu. 1. Menoch. conſ. 49. nu. 16. Bolo-
gnet. conſ. 11 nu 37.

Iterum, emptores dicebant, depoſitũ nõ le-
gitimum, quia quò ad ſummam vntiarũ quin-
gentarum fuit factum ſub credito & fide, vndè
5 † depoſitum confeſſatũ, de cuius numeratione
non coſtat aliàs, quàm per confeſſionem depo-
ſitarij, non gaudet priuilegijs veri depoſiti, de
cuius ſcilicet vera numeratione certiſſimis pro
bationibus appareret. Bal. conſ. 383 circa fin.
lib. 1. Socc. conſ. 143. col. vlt. verſ. cõfirmãtur
prędicta, vol. 1. repetito in conſ. 181. vol. 2. Ti-
raq. de retr. conuent. § 4. gloſſ 6. nu. 14 p gloſſ.
in ver. datę, l. aſſiduis, C. qui pot. in pign. habea.

Et tandem clamabant emptores, legitimum
6 depoſitum fuiſſe, quia † venditore ipſius quo-
libet anno fructus, ſeu interuſuria percipiebãt,
ad tex & gloſ. in l. ſi ventri §. in bonis, ff. de pri-
uil. cred l. ſi hominẽ, § quoties, ff. de poſ. Bal.
Salic. & Paul. de Caſt. in l. fin. C. eod Idem Bal.
conſ. 142. vol. 5. Paul. de Caſt. conſ. 285. nu. 4.
vol. 1. Felin. in cap. cũ ordinem, nu 2. extra de
reſcr. Decian. cõſ. 109. circa fin. vol. 2. Stracch.
de decoct. par. vlt. nu. 4.

Ex quibus inferebãt, vt decocto Banco Bal-
ſami penès quem fuerat factum depoſitũ, tam-
7 quàm non † legitimè factũ, id periſſe periculo
& damno deponentium, abſq; diſtinctione, ſi
emptores cum, vel ſine iuſta cauſa accipere re-
cuſauerint, Tiraq. de retr. conuent. § 4. gloſſ. 6.
nu. 34. Paul. de Caſt. in l. qui Romæ, in prin. ff.
de verb. obl. meus Abb. conſ. 56. col. 1. lib. 1.
Calcan. conſ. 14. col. fin. Iaſ. conſ. 74. circa fin.
vol. 1. Dec. conſ. 543. col. vlt. & conſ. 668. col.
fin. Bal. in l. acceptam, C de vſur.

Reſpondebant venditores ad prędicta, pri-
8 mò, quòd imò non † exiſtentibus liquidis me-
liorationibus, ſufficiebat fideiuſſio de reſtituen
dis, facta liquidatione, Caualc. deciſ. 16. nu. 33.
par. 2. fol. 91. à tergo. Redoan. de reb. eccl non
alien.

alien.§.vnde nu.7. Velaſc.de iure emph.quęſt.
25.nu.23.Ang.& Rip.in l.4.§.ait pretor,ff.de
re iud:Tiraq.de retr. ſangu.§.1.gloſſ. 19. nu.2.
l.ſtatu liber.l.ſeruus ſi heredi, ff.de ſtat. liber.
Benintend.deciſ.77.Contard.in l.vnica quęſt.
24.nu.18.C.ſi.de.mom.poſſ.

9 Tãto magis quià in † cap.Rigis Caroli 214.
rib.quòd pactũ, nõ adeſt clauſula ſolutis prius
meliorationibus, Fan. de pignor. 4. memb. 5.
par.nu.10. Paul.de Caſt.conſ.207. nu.3.vol.2.
Benintend.deciſ. 77. Decian.conſ.19. ſub nu.
19.vol.2.Burſa.cõſ.184.nu.57.vol.2.Bertazz.
cõſ.16.nu.26.in ciuil.Caualc.deciſ.44.ſub.nu.
10 66.Viui. deciſ. 317. nu. 11. Ne † forte habuiſ-
ſent neceſſe ipſe vẽditores litigare diù ſup me-
liorationibus antequàm cauſam iniunctoriam
perſequerentur,atq; ità pactũ de retrouenden-
do difficultaretur.cõtra mentem,& verba prę-
dicti Cap. Regni Regis Caroli 214. in tex. ibi
ſtanchè,& diffaticatè tit. quòd pactũ de retro-
uend.& cap.eiuſdem Carol.256.rubr.declara-
tio,&c.in tex.ibi non ſiano tenuti ſeruare.

11 Secũdò quòd † impenſę erant adeò magnę,
vt ipſi cogerentur propter earũ magnitudinẽ,
& ipſorummet paupertatem Baronias dimicte
re,& per cõſequens carere auitis rebus, contra
ea quæ not.in l. in fundo, ff. de rei vendic. l. ſi
ſeruos,ff.de pignor act.l.ſed an vltro,§.1.ff.de
negot.geſt.l.vtiliũ, ff.de impenſ.in reb. dotal.
fact.l.impenſæ,§.vtiles,ff.de verb.ſing.l. 3. §.
proinde,ff. de re inuerſ. Bal.conſ.303.vol 1.&
conſ.372.lib.3.& conſ.116.col.2.verſ.ex præ-
miſſis vol.1. Tiraq.de retr.conuent.§.7. gloſſ.
1.num.5.quem refert, & ſequitur Menoch.de
recuper.poſſ.15.remed.nu.553.

12 Tertiò quòd † impenſę quę aſſerbãtur factę
non eſſent vtiles,nec neceſſariæ, atq; ita cõtra
diſpoſitionem iuris particularis Regni ſcilicèt
d.cap.Regis Carol.214.& iuris cõmunis, Me-
noch.d.remed.15.nu.556.Paul. de Caſt. conſ.
268.col.3.vol.2. Igne.in l.dudum col. 9. C. de
contrah.empt.Bal.conſ.303.vol.1. Cagnol.in
l.2. quæſt. 24. C. de pact.inter empt. & vend.
Tiraq.d §.7.gloſſ.1 ſub nu.2.

13 Quartò quòd † meliorationes non erant fa-
ctę in Baronijs,ſed interritorijs aggregatis per
emptores ipſis Baronijs,quò fit, vt habeat ceſ-
ſare cõtra eos,lex cõtractus,lex Regni, & lex
cõmunis,quæ loquuntur in meliorationib⁹ fa-
ctis in re,& nõ extrà rem,ſeu in alia re, Sebaſt.
Medices in tract.de compenſ.quęſt. 16.nu.11.
Plot.in l.ſi quãdo,nu.874.C.vnde vi,Gozzad.
conſ.86.nu.25.Auall.cõſ.28.nu.3.vol. 1. Rip.
in l.vbi,§. qui, nu.2.ff. ad. Tribell. Neguſant.
de Pignor.5.par.4.memb. nu. 15. Corn. conſ.
147.nu.18.vol.2.

Quintò annihilabant oppoſita venditores,
14 Quia licet † Bancherij noſtri temporis nõ ſint
15 verè depoſitarij, quales † ſunt illi, quib⁹ pecu-
nia obſignata datur eiuſq; dominiũ non tranſ-
fertur,ſed in eadẽ ſpecie,& numero reddatur,
l. lutius,ff.de poſ. A ponte conſ.56.in prin.

Tamen lege contractus electo Banco publi-
16 co ex † ſola cõfeſſione pecuniarum Bancherij,
maximè adiuncta iudicis authoritate, & credi-
toris recuſatione oritur actio legitimi depoſiti,
& ſi irregularis, Ioan. Franc. A ponte de cõſ. 56.
nu.3.& 4.l.lutius,l.publia,§.lutius,l.die ſpon-
ſaliorum,§.1.ff.de poſ.Poller. in praxi cenſua.
ver.inſtrumento gratiæ,nu.48.Bal.in l.accep-
tam,quæſt.10.C.de vſur.& in l.1.col. 2.C.nè
licit.tert prouoc.Alex.in l.ſi ſeruus,col.2.ff.de
vulg.& pup.ſubſt. Tiraq.de retr.conuent. §.4.
gloſſ.6.ſub nu.21.Auall. conſ.17.nu. 6. vol.1.
Carrocc.de poſ.par. 1.queſt.2.

17 Et quãmuis Bãchus ex † poſt facto ſoluerit
deponentibus quinq; pro centenario iſpicitur
legitimũ initium depoſiti,gloſſ.l.die,§. fin. &
l.ſi ſacculum,§.fin.l.1 §.ide Pomponius, ff.de
poſ. Socc.conſ.21. ſub nu.9.vol.1.

18 Vnde exiſtente legitima depoſitione, & in-
iuſta recuſatione, & ſi deinde Bãcus decoxerit
ſufficiet tẽpore depoſitionis de eo cõmuniter
omnes confidiſſe,l.ſi res pupillaris, ff. de adm.
tut.Bart. in l.ſi ſoluturus in 1. not.ff.de ſolut.
Bal.in l.acceptam,quæſt.9. C.de vſur.

19 Sextò tollebant cõtraria vẽditores ex † cap.
huius Regni Regis Caroli 256.declaratorio al-
terius cap. 214. quòd tollit omnia pacta diffici
lem reddentia retrouẽditionem, & ex pragm.
20 & ex † generali cõſuetudine permictente ſolu-
tionẽ fieri poſſe in qualibet ſpecie monetę iux-
ta valorem antiquioris receptæ cuius memor
fuit Bar.in l.Paulus,ff.de ſolut.Bal. conſ.269.
lib.2. & conſ.213.lib. 5. Curt. Sen.in tract. de
monet.quæſt.9. Curt. Iun.conſ.24.nu.6.Affl.
deciſ.90.num.5.Boer. quęſt.327.num.3. Ant.
Gabr.lib.3.concl.tit.de ſolut.concl 1.nu.1.

Secundò principaliter opponebant empto-
21 res,quòd in † iuditio quoquinq; etiam ſumma-
riſſimo, & exequutiuo ante omnia inſpicien-
dum eſt de legitimitate, & habilitate perſonæ
agentis, Auall.conſ.71.nu.6.vol.1.gloſſ.l.2.C.
de ed.diu.Adr.Alex.conſ. 59. col. 1. vol.1. Iaſ.
in rub.C.qui adm.Petr.Gerar.ſing.23. Crauet.
conſ.104.in prin. Dec.in cap.ex parte el.2.nu.
42.extrà de off.delega.Menoch.lib.2.pręſum.
48.nu.6.Maſc.cõcl.1376.nu.9. Ant.de Canar.
in tract.de exeq.inſtrum.quęſt.15.nu.35.Iaſ.in
l.2.§.pretor ait.nu.8.ff.qui ſatis d.coga. Marſ.
in l.ſi quis ne quęſtio,nu.43.ff.de quęſt.& in l.
vnius,§.cognituru,nu.40 ff.eod. Caſſan.ſuper
conſ.Burg.rub.7.tit.des ſucceſſionis in ver.ha
bile.nu.3.Com. ſuper rit.16.nu.54.Stracch.de
aſſecur.gloſſ.29. nu. 4. Gigaſ.in tract. de penſ.
eccel.quæſt.fin.nu.17.

Atqui, heredes D. Franciſci ſicut nec ipſe,
allegantur nõ legitimæ perſonæ ad petendam

retrouenditionem dictarum Baroniarum.
Quòd probabant, quia emptores gratanter ſegerentes cũ filijs legitimis, & naturalib' venditorum, & eorũ poſteris, & ſucceſſoribus tantùm conceſſerunt eiſdẽ quandoquidẽ; poteſtatem
22 reddimendi, Et verbum poſteris nõ intelligitur ſimpliciter de omnibus poſteris venditorum, ſed iuxtà naturam ſeudorum de primogenitis, qui in Baronijs ſuccedere potuiſſent, vt ipſi tãtùm ius recuperandi haberent, ex Tiraq. in tract. de retr. cõuent in fin. nu. 173. verſ. 43. Caball. in conſ. pariſ. tit. 1. §. 11. nu. 28. Cancet. in extrauag. volẽtes, §. ſed opere pretiũ, nu. 16. & 17. fol. 64. Burſat. conſ. 228. nu. 52. vol. 3.
23 Et ſi verbum † ſucceſſoribus coppulatiue vingitur cum prædicto verbo poſteris, quaſi vtraq; qualitas requiratur, nempè quòd ſit primogenitus, & heres ſeu ſucceſſor, Corbol. in tract. ex quib. emph. iure ſuo priuet. tit. de cauſa priuat. ob lin. fin. nu. 69. in fin. Bar. in l. iuſiurandũ, §. ſi liberti, ff. de oper. libert. Alex. conſ. 128. nu. 6. verſ. & illa verba, & conſ. 44. ſub. nu. 1. vol 1. Iaſ. in l. ſi nõ ſortem, §. libertus, nu. 35. ff. de cond. indeb. Rimin. Iun. conſ. 80. nu. 25. vol. 1. A petra de fideicom. quęſt. 9. nu. 170. At D. Franciſcus non eſt primogenitus, ſed Don Fredericus eius frater.
Et ſi replicaretur ex parte vendẽtium, quòd D. Franciſcus eſt ceſſionarius D. Frederici pri-
24 mogeniti, atq; ita ſucceſſor in † vniuerſum ius cedentis, Bal. in l. emptor, C. de hered. vel act. vend. Rimin. Iun. conſ. 9. nu. 13. & conſ. 65. nu. 22. Port. conſ. 172. nu. 34. Eugen. conſ. 73. nu. 6. Ioſeph Ludou. concl. vnica, col. 3. verſi declara 9. tit. de ceſſio. Marcabr. ab anguill. cõſi 82. num. 137.
25 Dupplicabatur reſpõſio ex parte emptorũ, quia ius primogeniturę non eſt ceſſibile, Iaſ. in l. is poteſt, nu. 33. ff. de acqu. hered. Dec. conſ. 443. nu. 29. & conſ. 445. nu. 56. Burg. de pace in procem. ll. taur. nu. 96. Bal. in l. cũ antiquio-
26 ribus, col. pen. C. de iure delib. Et quià † pactũ reddimendi erat perſonale, & gratioſum reſpectu primogenitorum, & nõ poterat extendi ad perſonam ſecũdogeniti propter illam dictionẽ
27 tantũ, & quia in † perſona ceſſionarij nõ erant annexe qualitates cedentis, Albert. Brun. conſ. 80. num. 21. verſ. nec obſtat, & num. 22. Cagnol. in l. 2. nu. 42. & 117. C. de pact. inter emp. & vend. Dec. conſ. 312. col. fin. Tiraq. de retr. ſangu. §. 26. gloſſ. 1. nu. 57. Archid. in cap. hinc eſt circà med. 16. quæſt. 1. Bal. & Paul. de Caſt. in l. 3. circa fin. C. com. diuid. Bal. in cap. 1. §. 1. de pace iur. firm. l. quià tale, ff. de ſtat. liber. l. nõ ſolùm, §. tale, ff. de lib. legata, quem ſequitur Tiraq. de retr. conuent. §. 1. gloſſ. 6. nu.
28 13. Et quià † actio ex ſtipulatu quęſita per venditores eſt perſonalis, gloſſ. in ver. facere, §. omnium inſtit. de actio. Specul. tit. de citat. §. 1. verſ. quòd ſi partes, Bertacch. in reper. in ver. actio.
29 ex ſtipulatu verſ. fin. Et nõ † trãſit ad tertium, ſed ad heredes, Vant. de null. tit. quis poſſ. dic. de null. nu. 17. Aſin. in praxi iud. §. 31. cap. 2. limit. 23. nu. 3.
Reſpondebãt vẽditores ad prędicta, Quòd tàm reſpectu perſonæ, quam reſpectu iuris in iuditio deducti exceptio inhabilitatis perſonę obijci nõ poterat, cum actores ſint de poſteris, & ſucceſſoribus venditorum, quibus promiſſa
30 fuerit retrouẽditio Baroniarum, & † illa dictio tãtùm fuit adiecta ad excluſionem principaliũ vendentiũ, & ſufficiet, quòd fuerint de ſucceſſoribus ſanguinis vendẽtium in quos etiam remotiores viuis primogenitis, vel proximioribus nõ reclamãtibus, & ius primogenituræ, & ipſę Baroniæ alienari, & cedi potuiſſent, Molin. de Hiſp. primogen. lib. 1. cap. 6. nu. 44. Iaſ. in l. pactũ quòd dotali, nu. 4. C. de collat. Dec. cõſ. 445. nu. 29. Xuar. in l. quoniam in prioribus §. lim. nu. 4. C. de in off. teſt. Tiraq. in tract. de iure primogen. quæſt. 29. nu. 8. vbi teſtatur hanc eſſe omnium Doctorum ſententiã. Clar. in §. feudum, quæſt. 42. Balzar. in cap. 1. §. titius, nu. 8. ſi de feud. def. cont. fuer.
31 Tanto fortius quià vltra diſpoſitionem contrahentium, & iuris cõmunis adeſt expreſſa lex Regni cap. 256. ibi. & caſo che lo ſego foſſe, & 214. Imper. Carol. quæ ſucceſſoribus feudi ex pacto, & prouidentia concedit actionem ad retrouendendũ, reiectis omnibus alijs pactis prę ter ſimplicem cõuentionem ipſam reddimen-
32 di, arg. l. 1. ff. de cond. ex lege, vndę non eſſet † dubitationi locus, l. illam, C. de collat. l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. obl.
33 Eo magis quia appellatione † ſucceſſorũ in contractibus venit etiam, ſingularis ſucceſſor, vt eſt Don Frãciſcus actor, Pariſ. conſ. 46. nu. 11. vol. 4. Bero. conſ. 134. nu. 10. vol. 3. Corn. conſil. 192. & conſil. 6. num. 9. vol. 2. Dec. conſ. 185. circa fin. l. in conuentionibus, ff. de verb. ſignificat.
Tertio principaliter ſe defendebãt empores quia vẽditores nõ poterant vti pacto retrouendendi prius nõ redẽptis alijs Baronijs vẽditis per
34 eos, & eorum anteceſſores vndè nõ † adimpleta conditione agere nõ potuiſſet, l. iure ciuili, ff. de cond. & demonſtr. l. labeo, ff. de contrah. empt. l. qui operas, ff. loca. l. 1. §. dinus, ff. de extraord. cognit. l. 1. C. de his quæ ſub modo. l. thais, §. Atchus, ff. de fideicom. libert. Rom. conſ. 523. col. pen. Alex. conſ. 102. col. 1. vol. 1. Decian. conſ. 1. nu. 192. vol. 1. filius familiâs, §. cũ quis, ff. de leg. 1. l. ex pacto, §. ſi quis rogatus, ff. ad Trebell. Dec. in cap. porrecta, col. pen. extra de confirm. vtil. vel in vtil. Auall. conſ. 29. nu. 17. vol. 4. Cephal. conſ. 183. nu. 52. vol. 2. Ruin. conſ. 181. nu. 2. vol. 1. Bolognet. conſ. 10. nu. 8. & 9.

Tanto magis quià ipſimet principales con-
trahentes reddiderunt impoſſibile cõditionis
prędictę adimplemẽtum cum ius luendi dicta-
rum Baroniarum irreuocabiliter vendiderint,
35 Quò fit, vt † adſtricti aliquid fecere nõ potuiſ-
ſent operari, quominus illud fieret, l. in illa ſti-
pulatione, l. ſtipulatio iſta habere licere, l. inter
ſtipulantem, ff. de verb. obl. l. in lege, ff. loca,
Surd. conſ. 135 ſub nu. 26. vol. 1.

Reſpõdebãt actores ad prędicta primò quià
pactum de retrouendendo nõ fuit conceſſum
venditoribus prinpalibus, qui impoſſibilem
reddiderunt retrouenditionem, ius luẽdi feu-
dorum perpetuo vendentes, ſed eorũ poſteris,
& ſucceſſoribus, vnde ſi nõ ſteterit p eos quo-
36 minùs † conditio impleta fuerit, debebit habe-
ri pro impleta, l. titius ſtatuas, ff. de cond. & de-
monſtr. Bart. in l. in teſtamento, ff. eod. Grat.
conſ. 77. num. 26. vol. 1. Dec. conſ. 629. in fin.
Bero. conſ. 60. num. 19. vol. 1. Simon. de. pret.
conſ. 99. num. 27. Dec. conſ. 72. nu. 26. vol. 3. l.
iure ciuili, ff. de reg. iur.

Secũdò (& hæc reſponſio me magis mouit)
elidebant contraria, quia cap. nouiſſimu Regis
Carol. 256. vt facilem redderet recuperationẽ
37 bonorum paternorũ mandauit nõ † haberi ra-
tionem aliorum pactorum, niſi tãtùm pacti de
retrouendendo, vndè ſiuè dicta verba cõditio-
nalia redemptis prius, &c. faciãt diuerſum pa-
ctum à pacto de retrouedendo, ſiuè dictũ pa-
38 ctum ſit vnum, & idem cõditionale, cum † na-
tura correſpectiuorũ ſit, vt habeantur pro vno,
& eodem Menoch. lib. 6. preſum. 12. nu. 21. &
conſ. 201. nu. 174. & conſ. 203. nu. 14. vol. 3. &
conſ. 109. nu. 350. vol. 2. Crauett. conſ. 298. nu.
13. cũ concord. in meo ſing. 69. nu. 7. lib. 3. ſuc-
39 ceſſores in † dictis Baronijs ex pacto, & proui-
dentia nõ habebunt neceſſe alias conditiones
adimplere, niſi pecunias receptas depoſitare
iuxtà primam ęſtimationẽ in Tabulis, vel Ban-
40 cis tutis, Et † dictum cap. 256. vti declaratoriũ
trahitur ad præteritos caſus, Ant. Gabr. lib. 6.
concl. tit. de reg. iur. concl. 2. nu. 10. gloſſ. cap.
cum tu extra de vſur. meus Abb. in cap. fin. nu.
36. extrà de preſcr. Menoch. cõſ. 792. nu. 8. vol.
8. Quapropteèr Magna Cur. ciuilis, & crimina
lis deciſit iniuntionem procedere debere.

ARGVMENTVM.

Vtrùm vendito iure luendi feudum, via repli-
cationis nullitatis venitionis poſſet agi
ad reſtitutionem ex Regni
Capitulis?

SVMMARIVM.

*Exceptio carentiæ actionis repellit actorem à limine
iuditij, nu. 1. etiam ſtante ſtatuto reciente omnes
defenſiones, nu. 2. ac. etiam ſi fuiſſet dicta exceptio
oppoſita poſt terminũ datum ad opponendũ, nu. 3.*

*Sententia lata in fauorem agentis ſinè actione eſt nul-
la parte opponente, nu. 4.*

*Nullitas poteſt proponi incidentèr etiam in exequuti
uis, nu. 5. & tunc non eſt neceſſarius ordo iuditia-
rius, nec ſententiæ prolatio ſuper ea, nu. 6.*

*Dotata, vt mulier dicatur, requiritur quòd matrimo-
nium ſequatur cum dote, nu. 7.*

Dos poteſt à patre aſſignari non nubili, nu. 8.

*alienatio iuris luendi feudum facta ex cauſa nõ legi-
tima eſt valida, licèt veniat reſcindenda per ſuc-
ceſſores in feudo, nu. 9.*

*Heres poteſt contrauenire alienationi feudi illegitimè
facta per defunctum, nu. 10. intellige, vt procedat
in alienatione facta ſinè conſenſu domini, nõ autem
ſinè conſenſu ſucceſſorum, nu. 11.*

DECISIO. II.

DVCISSA Biſbonę heres diſcreti
D. Ioãnis Vincentij de Luna, &
p alta Comitis Calatabillottę vẽ-
ditoris Terræ Iulianæ cum pacto
de retrouendẽdo facto depoſito receptarũ pe-
cuniarum pręceptũ fecit iuditiale ad retrouen-
ditionem faciendum Marchioni Iulianæ poſ-
ſeſſori Caſtri predicti.

Aduerſus prędictum pręceptum iniuntoriũ
Marchio in primis ſe opponebat, quòd dictũ
ius luendi fuit vẽditum perpetuis temporibus
Don Alphonſo de Cardona Comiti Regij auo
ipſius Marchionis pro dote de paraggio cõpe-
tente Dõnę Marię de Luna filię dicti Comitis
1 Calatabillotæ venditoris, Quò fit, vt † dictæ
Duciſſæ alleganti habere ius à d. Comite non
competat actio ad retrouẽdedũ; atq; ita eſſet
2 repellenda à limine iuditij, Etiã ſtãte † ſtatuto
reiciẽte omnes exceptiones, & defenſiones, ac
3 etiã ſi fuiſſet dicta exceptio oppoſita poſt † ter-
minum datum ad opponendũ, ac etiam ex offi-
cio iudicis parte non opponente, Menoch. lib.
2. præſum. 48. nu. 37. Couarr. in reg. poſſeſſor,
1. par. relect. nu. 4. in. fin. de reg. iur. lib. 6. Surd.
conſ. 186. nu. 26. vol. 2. Caleſat. in l. iuris gen-
tium, n. 66. ff. de pact. Fulu. Pacian. in tract. cui
incumb. onus prob. nega. par. 1. cap. 68. nu. 70.
& 73. Socc. Iun. conſ. 45. nu. 17. vol. 1. Fælin. in
rub. extrà de except. nu. 7. l. ſi. pupilli, §. videa-
mus ff. de negot. geſt. gloſſ. l. vbi pactum, C. de
tranſact. Rom. cõſ. 224. col. 2. Alex. conſ. 166.
col. 1. vol. 1. Crauet. conſil. 191. in princ. vol. 1.
Affl. in conſt. ſi ciuiliter, nu. 9. Milanenſ. deciſ.
10. nu. 4. lib. 1. Imol. in l. 2. nu. 3. ff. quis à quib.
4 appella. nõ lic. Quinimmò ſi † lata fuiſſet ſenten-
tia in fauorem agentis ſinè actione, eſſet nulla
parte opponente, Crauet. conſ. 191. nu. 1. Paul.
de Caſt. conſil. 247. col. 3. vol. 1. Alex. in l. ſi ti-
tius, col. 2. ff. de verb. obl.

Repli-

Replicabant Aduocati Duciſſæ, quòd dicta alienatio iuris luēdi fuit facta ex cauſſa non legitima, atq; ità nullitèr in præiuditiū ſucceſſorum, de cuius † nullitate incidētèr dici potuiſſet, etiam in exequutiuis, ità vt non ſit † neceſſarius ordo iuditiarius, nec ſententiæ prolatio ſuper ea, ſed tantùm haberet neceſſe ius dicens ſuper principali negotio pronūtiare, Vant. de nullit. tit. quot., & quib. mob. null. prop. poſſ. nu. 20. 27. & 29 Franc. in cap. ex parte el. 2. extra de appell. Bart. in l. 1. C. de ordin. iud. Felin. in cap. ſub. orta, col. 4. extrà de re iud. Bal. in l. ab exequutione, col 2. C. eod. & in l. tale pactū, §. qui prouocauit, ff. de pact. meus Abb. in cap. dilecto circà fin. extrà de appell. Bart. in l. filio preterito, ff de iniuſt. rup. teſtam.

Et probabant nullitatem, quià pecunia iuris luendi fuit data non nubili, & quandò poſt annos fuit nupta apparet dotata ex alia pecunia,
7 Et † vt mulier dicatur dotata, requiritur, vt matrimonium ſequatur eum dote, Bal in l. nō ſinè, C. de bon. quę lib. Alber. Brun. in tract. de ſtat. exclu. fæm. art. 6. num. 31. Natt. in tract. eiuſdem tit. queſt. 2. nu. 9. & 10. Surd.. conſ. 45. nu. 29. & 31. vol. 1. Becc. conſ. 112 nu. 2.

Duppl icabatur reſponſio ex parte Marchionis, quòd imò alienatio iuris luendi prædictæ Terræ Iulianæ fuit valida, quià licèt pater non cogi poſſet aſſignare dotē de paraggio non nu-
8 bili, tamen † volens, iure optimo poſſet, & talis aſſignatio habebit priuilegia dotis de paraggio, vt amplius non teneatur dotare, & poſſeſſores feudi dicātur liberati à tali onere, & proea venditum feudum, etiam quòd fuiſſet caput Baronię reuocari ꝑ ſucceſſores non poſſet, ſiue fuerit ſequutū matrimoniū cum eadem dote, vel alia pecunia ſiue nō, Petr. de Greg in tract. de dote de parag quæſt. 25. num. 11. & 12. & queſt. 9. nu. 5. Iaſ. in l. cum queritur, col. 1. & in auth. nouiſſima, col 3. C. de inoff teſtam. Iſern. in conſt. in aliquibus, col. 8. Affl. in conſt. fratribus, ſub nu. 4. Loffred. conſil. vlt. ſub. nu. 59. & conſ 26. nu: 13. & 21.

Et dato quòd alienatio dicti iuris luēdi fuiſſet facta ex cauſa nō legitima, nihilominùs nō
9 † erit nulla, ſed valida, licèt veniat reſcindēda per ſucceſſores in Baronia, Clar. in §. feudum, quæſt. 42. arg. cap. 1. §. titius, ſi de feud. defu. cont. fuer.

Indè conſului in cauſa grauiſſima, cōcluſionem illam, heredem ſcilicet poſſe contraueni-
10 re † Alienationi defuncti in legitimę, intelligi de alienatione feudi, vel emphiteuſis facta ſine
11 † conſenſu domini, nō autem ſine cōſenſu ſucceſſorum vocatorū in inueſtituris, ex Cephal. conſ. 393. nu. 184. vol. 3. Gramm. deciſ. 93. nu. 8. Menoch. conſil. 713. nu. 17. vol. 8. Tiraq. de retr. ſangu. §. 1. gloſſ. 9. nu. 58. Craſſ. in §. hereditas, quæſt. 12. nu. 20, verſ. porrò, Oſaſc. deciſ. 181. nu. 19. Honded. conſ. 3. nu. 6. vol. 1.

Quapropter Magna Cur. ſedis ſequētis poſt noſtram vnanimitèr ſententiā vitiniuntionem retractari, Sequita votum noſtrum.

ARGVMENTVM.

Multa de legitimatione per reſcriptum ſcitu digna differuntur.

SVMMARIVM.

Hereditas non debet auferri ei, cui teſtator dari iuſſerit, num. 1.

Quilibet poteſt diſponere de rebus ſuis, nu. 2.

Bona aquiſita heredi, dicuntur proprium ipſius matrimonium, nu. 3.

Lex odit ſpurium, nu 4.

Teſtatoris voluntas conformatur cum lege, nu. 5.

Legitimatus per reſcriptum in nihilo differt à filijs legitimè natis, nu. 6.

Legitimatus per reſcriptum poteſt ſuccedere in omnibus ſucceſſionibus in quibus ſuccedunt legitimi ab initio, nu. 7.

Legitimatus per reſcriptum agnaſcitur patri, & omnibus agnatis, & cognatis ipſius, & reciprocā habent ſucceſſionem, nu. 8. Etiā quòd agnati non conſenſerint legitimationi, nu. 9. ac etiā, quòd non fuiſſent citati, nu. 10. extenditur, nu. 11. & 12.

Legitimationis in reſcripto non eſt neceſſe, vt expreſsè dicatur poſſe ſuccedi, ſed ſufficiet, quòd natalibus reſtituatur, nu. 13.

Legitimatus per reſcriptū poſſet ſuccedere tamquàm proximior excluſis alijs agnatis, & cognatis legitimè natis, ac ſi de legitimo matrimonio verè natus, & procreatus eſſet, nu. 14.

Leges loquentes de legitimis, locum habent, etiam in legitimatis per reſcriptum, nu. 15.

Legitimatus per reſcriptum dicitur verè, & propriè legitimus, non autem fictè, nu 16.

Argumentum validū eſt, teſtator voluit propter maſculus excludere proprias filias, ergò multo magis feminas tranſuerſales, nu. 17.

Maſculinitatis repetitio euixam teſtatoris voluntatē, de bonis in familiam conſeruandis, oſtēdit, nu. 18.

Dictio in infinitum perpetuam familiæ conſeruationem denotat, nu. 19.

Familia non conſeruatur per fæminas, & maſculos ex eis deſcendentes, nu. 20.

Familia conſeruatur per legitimatum reſcripto, num. 21. extende, nu. 22.

Legitimatus per reſcriptum Principis excludit etiam ſubſtitutum ſub conditione, ſi inſtitutus, vel alius mori contingerit ſine filijs legitimis, & naturalibus, nu. 23. ampliatur, nu. 24.

Legitimatus per reſcriptum admictitur, etiam iniunctio fideicommiſſo ſub conditione, ſi ſine filijs legitimè natis, vel de ſuo corpore legitimè deſcendentibus decederet, nu. 25.

Teſta-

Teſtatores familiæ illuſtriſſimæ aliquandò conſueuerunt in defectum legitimorum præferre maſculos in legitimos proprijs filiabus, nu.26.

Legitimati per reſcriptũ veniunt appellatione deſcendentium maſculorum, nu.27.

Legitimatio per reſcriptum eſt nulla, non adhibito patris conſenſu, nu.28. declara, nu.32. & 33.

Negatiua probatur per inſpectionem inſtrumẽtorum, & actorum, nu.29.

Patris aſſertio multùm operatur circa legitimationẽ, vel illegitimationem, nu.30.

Caſus requirentes ſcripturam remiſſiuè, nu.31.

Pater filio naturali ſtipulari non poteſt, nu.34.

Legitima filijs legitimis, & naturalibus debetur, num.35.

Error facilè concipitur in extremis, nu.36.

Pate, nominando filium naturalem in ſuo teſtamento non poſſet præiudicare eius legitimationi, nu.37.

Legitimatio ſubreptitia eſt nulla, nu.38.

Reus tenetur probare ita clare ſuam exceptionem, ſicut actor ſuam intentionem, nu.39.

Teſtes ſingulares, vel de auditum nõ probant, nu.40.

Nouerca ſolet odio proſequi eius priuignos, nu.41.

Teſtis eſt ſoſpectus de falſo, ſi pars reſponderit, quòd eo vti nolit, nu.42.

Teſtis familiaris non eſt idoneus teſtis, nu.43.

Teſtis ſingularis non iuſtificat, nec cõdemnat, nu.44.

Teſtis vilis, & infamis iure optimo repellendus eſt, num.45.

Teſtis non reddens cauſam ſcientiæ nõ probat, nu.46.

Ignorantia in facto proprio de recenti eſt intollerabilis, nu.47.

Teſtis periurus reicitur, nu.48.

Teſtibus numero maioribus ſtandum eſt, nu.49.

Veriſimilitudo improbationibus attenditur, nu.50.

Inſtrumentum reddit rem notoriam, nu.51.

Identitas, vel pluralitas eſt probanda ab eo, qui in ea ſe fundat, nu.52.

Inſtrumentum nominis non ſufficit oſtendi, niſi adiungatur alia demoſtratio, ſeu ſignum, nu.53.

Teſtis ſingularis probat contra producentem, nu.54.

Probatio rei debet eſſe fortior probatione actoris, vt præferatur, nu.55.

Ingenuitas probatur per fidem babtiſmatis, nu 56.

Filius ſequitur conditionẽ matris, quò ad ſtatũ, n 57.

Legitimatio nõ annullatur proptèr qualitatẽ ſuppreſſam in reſcripto, nu.58. ratio, nu.59.

Legitimatio per reſcriptũ eſt ſubſidiaria, & extraordinaria, nu.60.

Legitimatio per ſubſequens matrimonium conceditur nato ex ancilla, nu.61. Item, & legitimatio per oblationem Curiæ, nu 62.

Ius canonicum abhorret concubinatum proptèr continuum peccatum, nu.63.

Ius ciuile loquens de natis ex cõcubinis, hodiè facillimè trahitur ad natos ex ſoluto, & ſoluta, nu.64.

Concubinæ acceſſus alterius non eſt punibilis, nu.65. ſecus in concubina domini, nu.66.

L. 1. C. de natur. lib. hodiè eſt correcta, nu.68.

Cap. nõ omnis, 32. quæſt. 2. declaratur, nu69. & ſeq

Heres non erit filius ancillæ, declaratur, nu.70. & ſeq.

Legis veteris præcepta iudiciaria ſucceſſu noui teſtamenti abierunt, nu.73. & 74.

Coitus cum ancillis iure ciuili eſt fauoribilis, nu.76.

Coitus dominæ cum ſeruo grauiſſimè punitur, nu. 77.

Filius ancillæ iure diuino fauorabilis, nu. 75. & 78.

Dominus nõ habens vxorem poteſt iure ciuili propriã ancillam habere in concubinam, nu.79.

Filius ex propria ancilla ſuſceptus dicitur naturalis non autem ſpurius, nu.80.

Qualitas ſpurietatis tacita, & expreſſa naturalitatis non poteſt reddere reſcriptum legitimationis ſubreptitium, nu.81.

Princeps generaliſſima legitimatione videtur voluiſſe tollere omnes defectus, nu.82.

Teſtatoris verba ſunt intelligenda ſecundùm communem vſum, nu. 83.

Communis vſus loquendi tempore conditi teſtamenti loci, ſeu patriæ teſtatoris debet probare per illum, qui in eo ſe fundat, nu.83.

Notorium offuſcatum perdit effectus notorij, nu. 84.

Notorium, vt dicatur requiritur declaratoria, nu.85.

Verba teſtatoris latinè redacta per Notarium debent intelligi ſecũdum iuris interpretationem, non autẽ ſecundùm vulgarem vſum loquendi, etiã quòd teſtator fuiſſet homo vulgaris, & imperitus, nu. 86.

Legitimatũ per reſcriptũ non excludit ſubſtitutio ſub cõditione, ſi grauatus decederet ſine filijs legitimis, & naturalibus ex cõiectura tà mente teſtatoris, nu.87. veluti nobilitas teſtatoris, nu.88. & excluſio propriarum fæminarum proptèr maſculos, nu.89. contra, nu.90. 96. & ſeq.

Legitimati dicuntur legitimi, & feminas excludunt, num.91.

Neuizza conſ.99. declaratur, nu.92.

Doctoris deficiente fundamento deficit eius deciſio, num.93.

Doctores dicuntur teſtes iuris, nu.94.

Teſti vnico non eſt credendum, etia Cardinali, nu.95.

Legitimatus expreſsè antiquis natalibus reſtitutus dicitur nobilis ſi eius pater erat nobilis, nu.100.

Clauſula, abſq; tamẽ aliorũ heredũ legitimorũ, & naturaliũ præiuditio, quid operatur, nu. 102. & 105.

Clauſula, & per hanc legitimationis gratiam non intendimus derogare, nec præiudicare iuri alicui cõpetenti, vel competituro in bonis parentum veſtrorum, quid importet, nu.103. 107. & 108.

Princeps nõ videtur præiudicare voluiſſe iuribus tertij, nu. 104.

Clauſula ſine preiuditio venientium ab inteſtato, quid importat, nu.106.

Parentum appellatione aſcendentes tantummodo veniunt, nu.109. & 128.

Diſpenſatio requirit cauſæ cognitionem, nu. 110. declara, nu.117.

Verbum legitimamus importat plenam natalium reſtitutionem, nu.111.

Verbum reintegramus plenam reſtitutionem in priſtinum

ſtituum ſtatum importat, nu. 112.

Verba reſcripti legitimationis, voſq; etiam antiquis natalibus, & iuri ingenuitatis primeua reſtituimus, quid importent, nu. 113.

Ius ſuccedendi eſt ſeparatum à filiatione, & legitimatione, nu. 114.

Legitimatio per reſcriptum dicitur fauorabilis, & extendenda nu. 115.

Legitimatio vera non requirit cauſæ cognitionem, num. 116.

Clauſula ex certa ſcientia quid importat, nu. 118.

Legitimationis cauſæ quæ à Principe aſſignari ſolent, num. 119.

Legitimatus vt ſuccedat agnatis, & cognatis requiritur, vt expreſſè dicatur in reſcripto legitimationis, nu. 120. declara, nu. 121. 122. & ſeq.

Expreſſio eius, quòd tacite ineſt nihil operatur, num. 122.

Inducta ad augmentum, non debent operari diminutionem, nu. 124.

Legitimatus præteritus habet ius dicendi nullum, & contra tabulandi, nu. 125.

Legitimatus per reſcriptum rumpit teſtamẽtum ſicut verè legitimus, nu. 126. et habet querelam inofficioſi teſtamenti, nu. 127.

Tranſuerſalibus nemo inuitus relinquere tenetur, num. 128.

Verba cuiuslibet diſpoſitionis debent aliquid operari, num. 129.

Verba generalia numquàm referuntur ad cauſam præcedentem, vbi ſalua ratione recti ſermonis id fieri nequit, nu. 130.

Dictio quibuſqunq; ſolet includere ea quæ ex propria ſignificatione non venirent, & ea quæ ſpecialem mentionem requirerent, nu. 131.

Conceſſio feudi ex dictione quibuſqunq; trãsfertur ad extraneos heredes, nu. 132.

Reſtitutus ad quæqunq; bona cenſetur etiam reſtitutus ad feudalia, nu. 133.

Legitimatus ad bona quæqunq;, & ad quoſqunq; honores admittitur ad emphiteuſim eccleſiaſticam, num. 134.

Legitimandi quoſqunq; poteſtas conceſſa Comiti palatino operatur, vt cenſeatur data facultas legitimandi etiã filios clariſſimarũ perſonarũ, nu. 135.

Diſpenſatus ad quæquunquè beneficia poterit admitti etiam ad beneficiũ curatum, & cathedrale, & dignitates obtinere, nu. 136.

Dictio alijs eſt repetitiua ſimilium, nu. 137. & iuncta cum dictione quibuſqunq; continet maiora expreſſis, nu 138.

Principes concedendo maiora multo magis videtur cõcedere minora, nu. 139.

Bonorũ appellatione veniunt iura & actiones, nu 140.

Legitimatus excludit ſubſtitutum quãdo legitimationi conſenſiſſet, vel citatus fuiſſet, nu. 141. contra, nu. 142 prior ſententia reſtringitur, nu. 143. 144. 145. & 146.

Legitimationis in reſcripto debet fieri mentio de ſubſtitutis, nu. 147. contra, nu. 148. prior opinio limitatur, nu. 149. & 151.

Legitimatus ad maiora multo magis cenſetur ad minora legitimatus, nu. 150.

Subſtitutorum mentio virtualiter quibus clauſulis in reſcripto legitimationis facta cenſeatur, num. 152. & 153.

Excluſus ſemel ſemper cenſetur excluſus, nu. 154. declara, nu. 161.

Exceptio rei iudicatæ, vt poſſit obeſſe, quæ requirantur, nu. 155.

Sententia lata in cauſa agitata cõ vno ex maſculis non obſtat actori agenti contra alios, nu. 156.

Exceptio rei iudicatæ ceſſat, ſi ceſſat cauſa propter quàm fuit lata ſententia, licet ſit eadem perſona idem ius, & eadem res, nu. 157. & multo fortius ſi ſuperuenerit actori ius nouum, nu. 158.

Quòd ex actis non apparet diſcuſſum, & deciſum non cenſetur, nu. 159.

Ius ex cauſa non deducta poterit nouiter deduci, licet ex prima ſuccubuerit proponens, nu. 160.

Excluſionis cauſa ceſſante, ceſſat excluſio, nu. 162.

Fœminæ cenſentur proptèr maſculos excluſæ à teſtatore quandiu maſculus ſuperuiuat, nu. 163.

Agnationis ratio non cenſetur habita fœminis vocatis in fideicommiſſo etiam ſi in eo pluries maſculi vocati fuerint, ſed ſolũ prælatio maſculis tributa, nu. 164. declara, nu. 165. contra, nu. 166.

Maſculinitatis qualitas non cenſetur repetita in ratione diuerſa, & capitulis penitus ſeparatis, nu. 167.

DECISIO. III.

FRANCISCVS de Diana petijt in M.R.C. quędã bona fideicõmiſſo ſubiecta p condã Gaſparem de Diana, & per condã Antoniã de Capizzijs, & Toſcanam de Blundo contra Sannam Serigno, & eius filios, & heredes condam Antonini de Diana eius fratris indebitos poſſeſſores bonorum prædictorum.

Probabat eſſe vocatum in fideicõmiſſo vti maſculum, & poſſeſſores excluſos vti fęminas,
1 vndè inferebat hereditatẽ non † debere auferri ei cui teſtator dari iuſſerit, l. fin. ff. de hered.
2 inſtit. cũ libera vnicuiq; ſit † facultas de bonis ſuis ad libitum diſponere, §. diſponat auth. de nupt. l. in cõditionibus, ff. de cond. & demoſtr.

Nec tamquàm heredes Antonini grauati re
3 tinere potuiſſent conuenti, quia bona † acquiſita heredi dicuntur ipſius proprium patrimonium, gloſſ. l. 1 §. veteres, ff. de acqu. poſſ. l. & ſi plures, §. filio, vbi Bart. ff. de vulg. & pup. ſubſt. cum ſua cauſa, & onere reſtituẽdi, Roger. conſ. 25. nu. 90. vol 1. Marian. conſ. 168 nu 72. vol. 2 l. ex facto, §. ex facto, ff. ad trebell. l. fin. C. com. delega. Io. Petr. Binius cõſ. 55 nu. 11. vol. 1.

Excipie-

Excipiebant conuenti actorem nõ eſſe com-
prehenſum in dicto fideicõmiſſo, vti ſpurium
4 ancillæ filium quem † lex odit, & teſtator odio
5 habuiſſe præſumitur, cuius † volũtas cum lege
cõformatur, Rip. in l. ex facto, §. ſi. quis rogatus
per illum tex. ff. ad Trebell. Peregr. in tract. de
fideicom. art. 22. nu. 79. & art. 28. nu. 42. Bal. in
l. placet, ff. de lib. & poſth. & conſil. 319. nu. 8.
vol. 4. l. ſi ſpurius, & l. hac parte, ff. vndè cogna.
auth. licèt C. de nat. liber. Purpur. cõſ. 269. nu.
1. Rimin. Iun. conſ. 380. nu. 63. vol. 4. Ondcd.
conſ. 95. nu. 57. vol. 1. Grat. cõſ. 146. nu. 14. vol.
2. l. heredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.

Replicabat actor, quód erat legitimatus per
reſcriptum, atq; ita antiquis natalibus reſtitu-
6 tus in † nihilo differens à filijs legitimè natis,
§. illud tamen verſ. ſicut auth. quib. mod. nat.
effic. ſui §. ſit igitur auth. quib. mod natur effic.
Ang. conſ. 17. col. 3. verſ. iſti autẽ. Paul. de Caſt.
conſ. 41. in fin. vol. 2. Socc. ſen. conſ. 63. nu. 26.
vol. 3. Alex. cõſ. 2. nu. 9. verſ. hoc probatur, vol.
1. Bero. conſ. 174. nu. 12. vol. 2. Pariſ. conſ. 2.
nu. 57. & conſil. 8. nu. 7. vol. 2. Dec. conſil. 366.
nu. 6. Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore, nu. 230. ff.
de vſu cap. & conſ. 202. col. 4. vol. 2. Natt. in l.
hac cõſultiſſima, §. ex imperfecto, nu. 96. C. de
teſtam. Ant. Roſſell. in tract. de legit. rub. de
legit. princ. elem. effe. nu. 14.

7 Et poſſet † ſuccedere in omnibus ſucceſſio-
nibus in quibus ſuccedunt legitimi ab initio, §.
reliqui in prin. & §. generaliter verſ. quaprop-
tèr auth. quib. mod. natur. effic ſui.

8 Et nè † dum patri, ſed etiam omnibus agna-
tis, & cognatis ipſius agnaſcitur, & reciprocam
habẽt ſucceſſionem, §. reliqui, & §. generaliter
auth. quib mod. nat. effic. ſui, Ang. conſil. 17.
col. pen. Mart. laud. in tract. de legit. verſ. auge-
rius leio, nu. 135. Iaſ. conſ. 40. nu. 1. verſ. de ſuc-
ceſſione, vol. 3. Ludou. de Sard. in tract. de na-
tur. liber. tit. de legit. effe. per reſcr. verſ. 8. quæ-
ritur nu. 14. Specul. tit. de ſucceſ ab inteſt. verſ.
quid de legitimatis per prine. nu. 21. Bart. in §.
tribus, nu. 20. auth. quib. mod. natur. effic. ſui,
Alex. conſ. 2. nu. 12. vol. 1. Iaſ. in l. ſi is qui pro
emptore, nu. 241. ff. de vſu cap. Ruin. conſ. 67.
nu. 15. & 16. & conſ. 87. nu 23. vol. 3. Aquilin.
in l. gallus, §. & quid ſi tantùm 3. cap. nu. 162.
ff. de liber. & poſth. Purpur. conſ. 49. nu. 7. vol.
1. vbi teſtatur mag. com. opin. Succ. Iun. conſ.
142. nu. 38. vol. 1. vbi teſtatur com. opin. Dec.
conſil. 307. num. 14. vbi ait mag. comm. opin.
Alciat. conſil. 15. nu. 1. tom. 3. lib. 9. vbi etiam
dixit com. opin.

9 Etiam ꝙ agnati de † quorũ ſucceſſione agi-
tur non conſenſerint legitimationi, Ant. Roſ-
ſell. in tract. de legitim. lib. 2. tit. de legit. clem.
princ. rub. de legit. effect. verſ. ſed quæro, an le-
gitimatus per reſcriptum agnaſc. nu. 14. Butr.
in cap. per venerabilẽ, nu. 17. extrà qui fil. ſint
legit. Alex. conſil. 139. nu. 2. & conſil. 2. nu. 12.
vol. 1. Nicol. de Vbal. in tract. de ſucceſſ. ab in-
teſt. par. 1. nu. 115. verſ. an autem Zuccard. in
l. poſthum, nu. 27. C. de bon. poſſ. contra tab.
Socc. ſen. conſ. 226. col. 1. vol. 2. & conſ. 63. nu.
23. vol. 3. Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore, nu. 241.
ff. de vſucap. Couarr. lib. 1. epit. par. 2. cap. 8. §.
10. nu. 2. Præpoſ. in cap. per venerabilẽ, §. quod
autem ſub nu. 110. extra qui filij ſint legit. vbi
etiam meus Abb. num. 29. teſtatur com. opin.
Blanc. in tract. de compromiſſ. 2. quæſt. §. legi-
timati, nu. 3. verſ. in hac quæſtione.

10 Ac etiam quòd † non fuerint citati in impe-
tratione legitimationis, Paul. de Caſt. cõſ. 180.
nu. 1. vol. 1. Crot. conſ. 360. col. 7. vol. 3. Nicol.
de Vbal. in tract. de ſuceeſſ. ab inteſt. par. 1. nu.
15. 111. & 112. Abb. in d. cap. per venerabilem
nu. 29. Barbat. conſil. 49. num. 11. & 12. vol. 2.
Blanc. in d. §. legitimati, nu. 3. verſ. 3. compro-
batur vbi teſtatur mag. com. opin. Capra conſ.
157. nu. 25. & 27.

Et procederet nõ ſolum reſpectu agnatorũ,
& cognatorũ quibus agnaſcitur, & ſucceditur,
11 ſed etiam † reſpectu agnatorum, & cognatorũ
ſperãtium ipſis agnatis, & cognatis ſuccedere,
Paul. de Caſtr. d. cõſil. 180. col. 1. verſ. de ſorori-
bus etiam, Ruin. in l. gallus §. & quid ſi tãtùm,
nu. 187. ff. de lib. & poſth. Crot. cõſ. 360. nu. 54.
vol. 3. Bal. conſil. 146. ſub nu. 8. vol. 1. & conſil.
365. nu. 2. vol. 5. Barbat. conſil. 49. col. fin. verſ.
nec erat. vol. 2. Iaſ. in d. §. & quid ſi tantùm, nu.
25. in fin. Nicol. de Vbald. in tract. de ſucceſſ.
ab inteſt. par. 1. num. 113. Socc. Iun. 142. num.
12. vol. 1.

12 Nec eorum † citatio requireretur in impe-
tranda legitimatione, Galiaul. in d. §. & quid ſi
tantùm, nu. 84. Barbat. conſ. 49. col. fin. vol. 2.
Bal. conſ. 204. circa prin. vol. 2. & in l. 1. in fin.
ff. de ventre. inſpic. Paul. de Caſtr. conſ. 41. nu.
2. vol. 3. Cuma. conſ. 99. nu. 5. Corn. conſil. 34.
nu. 6. vol. 1. Socc. Iun. in d. §. & quid ſi tantùm,
nu. 144. & conſ. 67. nu. 39. vol. 2. Alciat. conſ. 8.
nu. 3. tom. 1. lib. 4. Boer. deciſ. 122. nu. 1. Nicol.
de Vbal. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. num. 112.
Couarr. de ſponſal. par. 2. cap. 8. §. 9. nu. 7. Bur-
ſat. conſ. 50. nu. 5. & cõſ. 76. nu. 43. vol. 1. Aſin.
in praxi iud. §. 7. cap. 5. limit. 44. nu. 1.

13 Nec in legitimatione eſſet † neceſſarium, vt
expreſsè dicatur eis poſſe ſuccedi, ſed ſufficiet,
quòd natalibus reſtituatur, ſicut nõ erit neceſ-
ſè reſpectu agnatorum, & cognatorum quibus
agnaſcitur, §. reliqui, in prin. & §. generalitèr
in fi. auth. quib. mod. nat. effic. ſui, Iaſ. cõſ. 40.
nu. 1. vol. 3. Ant. Roſſell. in d. tit. de legit. prin.
clem. rub. de legit. effect. nu. 16. Socc. conſ. 47.
nu. 40. vol. 4. Burſat. conſ. 85. nu. 21. vol. 1. De-
cian. conſil. 5. nu. 10. vol. 1. Nicol. de Vbald. in
tract. de ſucceſſ. ab inteſt. par. 1. nu. 115. verſ. an
autem Præpoſ. in d. §. quòd autem ſub nu. 110.

Aquilin.in d.§.& quid ſi tantũ,nu.170.Blanc.
in d.§.legitimati,nu.5.verſ.amplia 2. Ruin. in
d. §. & quid ſi tantùm,nu. 187.verſ. quinimò,
Iaſ.conſil.68.col.4.verſ moueor, vol.4. Auall.
conſil. 12.nu.33.vol.4.Pariſ.conſil.1.num.26.
& 82. vol. 1.
14 Et ſuccedere poſſet, tamquàm † proximior
excluſis alijs agnatis, & cognatis legitimè na-
tis,ac ſi de legitimo matrimonio verè natus, &
procreatus eſſet, Ang.conſ.17.col.1. Barb.cõſ.
68.col.3.vol.4.Curt.Iun.cõſ.153.nu.10.Crot.
conſ.360.nu.22.vol.3.meus Abb. conſ.86.col.
1.vol.1.Paul.de Caſt.conſ.34.col.2.vol.1. Prę-
poſ.in cap. per venerabilem, §.1. nu. 76. extra
qui fil. ſint legit. Dec.conſ.307.in fin.cũ leges
15 loquentes de † legitimis locum habeant etiã in
legitimatis per reſcriptum,Socc.conſ.226.nu.
9.vol. 5.Iaſ.in l.ex facto,nu.16. ff.de vul. & pu-
pill.ſubſt.Pariſ.conſ.1.nu.55.vol.3. Auall.cõſ.
83.nu.18.vol.3.Ruin.conſ.94.num.11.& 12.
vol.3.Ioan.Toyas in epit.ſucceſſ.cap.23.num.
16 34 ampl.1. Et † dicatur verè, & propriè legiti-
mus non autem fictè, Couarr.in epit. de ſponſ.
par.2.cap.8.§.8.nu 3.Bero.conſ.174.num.12.
vol.2. Cephal.conſ.194.nu.30. vol.2. Decian.
conſ.42.num.12.vol.1. Rimin.Iun. conſ.540.
nom.50.Berret.conſ.18.nu.53.Menoch. conſ.
459.nu.5.& 37. Laderchius conſ.23. nu.9. lib.
1. Menoch.conſ.519.nu.28.
Et tantofortius cõuent. debent excludi à bo-
nis Gaſparis,& aliorũ fideicommittentiũ, quià
17 extãtibus maſculis † excluſerũt proprias filias,
vt bona cõſeruarentur in familia ſepius repeti-
ta qualitate maſculinitatis, ergo multo magis
fęminas tranſuerſales cõuentas,l.ſi viua matre,
C. de bon. mater. Sforz. odd. in tract. de com-
pend.par.6.quęſt.2.art.4.limit.3.in prin.Quæ
18 quidem maſculinatis repetitio enixam † teſta-
toris voluntatem de bonis in familiam conſer-
uandis oſtendit, Bonif.Roger.conſ.25. nu. 36.
lib.1.Tob.Non,conſ.8.nu.14.gloſ.l.quamuis,
phiteuſis, Iaſ.in l.fin.col.pen.C.de iure emph.
Clar.in §. emphiteuſis, quęſt.13.verſ.item quę-
rò, ibi benè verum eſt, Bal.in cap.1.§.fin.nu.5.
in fin. quæ fuit prima cauſa benefi. amm. Rip.
lib.3.reſp.cap.1.nu.3.& in cap.cum M.ſub nu.
80.verſ.ſecundo intellige, extra de conſtit.

Quapropter deciſit Magna Curia reum eſſe
abſoluendum.

ARGVMENTVM.

Vtrũ ſententia cõtra virginem ſit appellabilis?

SVMMARIVM.

1 *Cap. ritus 139.declaratur, nu. 1. 7. & 10.*

Cauſa

Cauſæ virginũ an enumerẽtur inter ſummarias,nu.2.
Cap.ritus 133. declaratur, nu.3.
Statutũ fauorabile extenditur ex identitate,vel maioritate rationis,nu.4.ſecus ſi fuiſſet exorbitãs,nu 4.
Virgo videtur infelicior vidua,nu.5.
Virgines gaudent priuilegio miſerabilium perſonarum. num.6.
Appellatio regulariter admictenda eſt,nu.8.
Cap. ritus 139. vtrum videatur priuilegiare cauſas, vel perſonas,nu.7.& 10.
Cauſa dicitur à caſu,nu. 11.
Cauſa debet eſſe in appellabilis æqualiter fauore rei, & actoris,nu. 12.

DECISIO. XXII.

FVit cõtrouerſum in M. C. vtrum ſententia lata in fauorem Donnę Dorotheæ de Iudice contra Donnam Dorotheam de Opezzinghis virginem eſſet declaranda non appellabilis.

Et adducebatur primo ex parte virginis, quod
1 declarari deberet appellabilis,quia † Cap.ritus
139. prohibet appellari à ſententia lata per M.
2 R.C. in cauſis ſummarijs,& † cauſæ virginum
non enumerantur inter ſummarias ab eodem
cap.ritus,& cap 133.
3 Sed reſpondetur ab actrice,quod † cap. ritus
133.loquitur de cauſis viduarũ, vt ſint ſumma-
4 riæ iuxta terminos iuris communis, & poſſet †
extendi ex identitate,vel maioritate rationis ad
5 virgines,cum † viduæ ad tempus videantur in
miſero, & infelici ſtatu cõſtitutæ, ſed virgines
perpetuò, Viui.deciſ.65.num.3.verſ. & de hoc
lib.1. Tanto fortius quia d. cap.ritus 133.ſubijcit idem eſſe in alijs miſerabilibus perſonis, &
6 virgines earum † gaudent priuilegijs, Vinc. de
Franch deciſ.1co.num.1.& ſeq Neuizz.lib.6.
Silue.nu.30.Couarr.pratt.quæſt.cap.7.ſub nu.
2.Carau. in ritu Neapol.19.nu.21. Guid. Pap.
deciſ.566.nu.2.
7 Secundò adducebatur quia † cap. ritus 139.
videtur priuilegiare perſonas actorum, & non
reorum, vndè cum videatur correctorius iuris
8 cõmunis, quo † regulariter admictitur appel-
latio,gloſſ.l.qui reſtituere,ff.de rei vend gloſſ.
auth.de iudit. Bart.in l.maioribus,C.de appell.
Non deberet extendi ad iſtam virginem ream,
9 quia in † correctorijs etiã ex maioritate ratio-
nis non fit extenſio, Viui.com.opin in verſ.ex-
tenſio,vbi teſtatur com.opin. gloſſ. auth. quas
actiones,C.de ſacro ſanct.eccl. Iaſ in l. fratres,
col.3.C.de inoff.teſt. & in auth. non licet, col.
2 C.de lib.præter. Imol.conſil.64.col.1. Aret.
conſil.27.col.2. Corn.conſil.271.col.4. vol.4.
Curt.Iun.cõſ.6.col 6.Iaſ.in l.de quibus,nu.14.
ff.de legib.vbi teſtatur com.opin. Dec. in l.nõ
debet cui,quod plus,nu.4.ff.de reg. iur.
10 Sed reſpondetur a victrice, quod † ritus lo-
quens his verbis, item ſi proceditur in Magna
Curia ſummariè,&c. magis videtur priuilegia-
re cauſas ſummarias,atq; ita materiam in iudi-
tio deductã,& agitatã,quam perſonas, & cauſa
ita dicitur reſpectu actoris, ſicut rei, cum dica-
11 tur a † caſu,cap.forus extra de verb.ſign. Mara.
in ſpec.par.2.nu.10.fol.9. Alex.in.l. poſtquam
liti,C.de pact.& in l. cauſas,C.de tranſact. Vn-
12 dè † æqualiter deberet dici in appellabilis, Bal.
Nouell. in tract. de dote par.6. priuil.2.nu.12.
per l. fin. C. de indict.vid. Toll. cap.2.extra de
mut.petit.

Quapropter decifit Magna Curia ſententiã in cauſa ſummaria non eſſe appellabilem, in menſe Nouembris 1600.

ARGVMENTVM.

Laudi nullitas, vel reſciſſio ex quibus deducatur?

SVMMARIVM.

Laudi reductio ad arbitrium boni viri ex enormiſſima læſione peti poteſt,nu. 1.ampliatur,nu 2.4.& 5.
Iuramentum non poteſt tollere enormiſſimam læſionem,num.3.
Laudi reductio ad arbitrium boni viri nulla cautela eu fugi poteſt, num.6. etiam ſi fuiſſet compromiſſum certa pœna vallatum,nu.7.
Laudum prolatum extra tempus à partibus præfixũ in compromiſſo eſt nullum,nu.8.
Sententia lata extra inſtantiam eſt nulla,nu.9.
Sententia nulla poſſet per Iudicem appellationis confirmari ſi in meritis iuſta appareret,nu. 10.
Calculatorum iuramento ſtatur circa tempus calculi non docto de contrario,nu. 11.
Arbitri non præfixo termino ad decidendũ à partibus infra quod tempus decedere poſſunt,nu. 12.& 14.
Iudex poteſt cogere partes ad litẽ conteſtandũ,nu.13.
Compromiſſum nemo cogitur acceptare,nu.15.
Compromiſſum acceptans cogitur diffinire,nu.16.
Compromiſſum quando dicatur acceptatum,nu.17.
Laudum dicitur nullum omnibus rebus in cõpromiſſo deductis non diffinitis,nu.18.
Laudum dicitur nullum ſi res non deducta in compromiſſo fuerit diffinita nu.19.
Arbitri poſſunt prætermictere differentias eis nõ præpoſitas,vel ab eis non cognitas,nu.20.

DECISIO. XXIII.

FRater Auguſtinus Megus, tentauit
nullitatem euiuſdam laudi prolati in
fauorem Thomæ Damanti,cũ etiam
1 potuiſſet reductionem † ad arbitriũ
boni viri petere ſtãte prętenſa enormiſſima læ-
ſione,l.ſocietate,§.arbitrorum,ff.pro Socc.in
l.ſi libertas la.2.ff.de oper.liber.l.1.ff. de leg.1.
gloſſ.

gloſſ.cap.cauſam extra de elect.gloſſ.cap. à Iudicibus 2.quæſt.6. meus Abb. in cap. non ſine, col.fin. extra de arbitr. & in cap. quinta vallis, col.2. extra de iur.iur.

2 Etiam ſi † fuiſſet cõpromiſſum iuratũ, & iuratum deſtando laudo in inſtrumento cum ſtipulatione adiecto, Hoſt. Ant. & Imol. in dict. cap. quinta vallis, meus Abb. in cap. cum contingat, col. 16. extra de iureiur. Grat. conſ.30. col. 1. vol. 1. Feder. conſ. 129.col.fin. & conſil. 85.col. 2. & conſil. 142. col.3. Bal. in fin. C. de nõ numer pecun.gloſſ.l.ſi quis arbitratu, ff.de verb.obl. Quia † iuramentũ non poteſt tollere
3 enormiſſimã læſionem, Anchar. in cap. 1. col. 41.extra de conſt. Abb conſ.107.in 2.dub.vol. 2. vbi teſtatur com. opin. Dec.in l. pactũ quod dotali,col 3.C.de collat.& conſil.45.col.1. & conſil. 180.col.pen. & conſ.203 col.2. Crot.in l.ſtipulatio hoc modo, ff.de verb.obl. Bologn. conſil.44. col.4.

4 Ac etiam quod † fuiſſet renuntiatũ arbitrio boni viri cũ expreſſione caſus enormiſſimæ læſionis, Paul.de Caſt conſ.70.col. 1.vol. 1. Alex. conſ.131.col.fin.vol.2. Socc.conſil. 104.col 4. vol.4. Cepol. conſil.30. circa fin.in ciuil. Dec. conſ.34.col.3.vbi teſtatur com. opin.& conſil. 60.col.2. Pariſ. conſil.45.col.5. vol.1. Crauett. conſ.142.col.5 Gram.deciſ.66.nu.48. Cepoll. cautel.197. Burſa.conſ 114.num.31.vol.1.vbi teſtatur magis com. opin. Capra concl.87. nu.
5 150. Licet † contrariam ſententiã affirmauerit magis communem Ant. Gabr. lib.2.concl.tit. de arbitr. concl.3.num.39. & 45.Ant.de Butr. conſ.24.col 3. Socc.conſ 85.col.3.vol.1. Salic. in l.cum antea,col. 5.C.de arbitr.Paul.de.Caſtr. conſ.255.col.pen.vol.2. Corn.conſ.221.col.3.
6 vol.2,Bertran.conſil.5.vol.1. Quia † per nullã verborũ formulam, vel cautelam effici poſſet, vt impediatur reductio ad arbitrium boni viri, Bal. in l. cum antea, col.2. verſ. ſed quomodo, C.de arbitr.& in l.ſi vnus, §.illud ff.de pact & conſ.380. vol. 1. vbi ait ita cõmuniter obſeruari, Paul.de Caſtr. conſil.76. col. 1. vol. 1. Guid. Papa quęſt.519.Alex.conſ.131.circa fin.vol.2. Cepoll.conſ.30. circa fin. & conſ.34. circa fin. in ciuil. Dec.conſ.39.col.3.Curt.Iun.conſ.79. in fin. vbi ait hanc eſſe cõmunem opinionem, & ab ea in iudicando, aut conſulendo nõ recedendum, Dec. conſ 60.col.2. & in cap.ad hæc el 2. col.2. extra de appell. & conſil. 11. col 4. Caſſad. deciſ. 1. tit. de empt. & vend. Ferrar. cautel 8.Felin. in cap. cauſam quæ col. 1.extra de re iud. Dec.conſil.632. Pariſ.conſ.89 col.3. vol.1.Crauett.conſil. 192.col.5.Grat.conſ.30. col.1.& conſil.24.col.3.vol.2. Ruin. conſ.11. col. fin. vol.4.

7 Ac etiam ſi † compromiſſum fuiſſet vallatũ certa pęna Ant.de Butr.in d.cap.quinta vallis, Bart. in d.§.arbitrorum, Bal.in d.l.cum antea, Ant. Gabr. in dict. concl.3. num.5.

Primũ caput nullitatis laudi deducebat,quia
8 † fuit latum extra tempus à partibus præfixum in cõpromiſſo, Vinc.de Franch. deciſ.354.nu. 3.par.2. Socc. conſ.87.vol.4. Iacob in l.tale, §. facta, ff.de iure dot. Blanc de cõpromiſſ quęſt. 7. ſub nu.36.l.nõ diſtiguemus, §.fin & l. cum dies, ff. de arbit. Borell.de cõpromiſſ.§.3.gloſſ. 4.quęſt.5. Iacob.Butrigar. in tract. de oppoſit. cõpromiſſi,nu.6. Lanfranc. de Orian. in tract. de arbitr.par.5.nu.26.& 40. Bar.in l. ſi de meis §.arbitrer,ff.de arbitr. Bal. in cap.quinta vallis extra de iure iur. Ioan. Bapt. Peruſin. Bart. pro nepos in tract.de arbitr.lib 7.cap.2.ſub.nu.1. l. arbitrer ex compromiſſo,C. de arbitr.

9 Sicut etiam † ſententia lata extra inſtantiam eſſet nulla, Maran. in ſpec. par.4 diſtin. 16.nu. 23.vbi teſtatur com.opin. gloſſ. Bart. & Bal.in l. properandum in prin.C.de iudit. Alex. conſ. 82.col.1.vol.3. Vant.de nulli.tit.ex defe.iurid. ordin.nu.120 verſ. iſto igitur, vbi teſtatur veriorem, & cõmunem opinionẽ, Paul de Caſtr. conſ 184.col 2.vol.1. Rom. ſing 788. Abb. & Socc.in cap.pen.extra de iudit. Turzan.op 62. nu.1. vbi teſtatur cum. opin. Caualc. deciſ.11. nu.19.& 34.par.1. Rimin.Iun.conſ.203.num. 94.vol.2. Rimin.Sen.conſil.418 nu.12.vol.3. Socc. Iun.conſ.169.vol.1. Bal.conſ.101.num. 15.& conſ.169.num.5.vol.3. Berous conſ.14. nu.8.vol.3. Aſin. in praxi iud.§.2.cap.4. nu.4. & cap.14 nu.3. Cephal.conſ.507.nu.19.vol.4. Auall. conſil.82.nu.3.

10 Licet poſſet per † Iudicem appellationis cõfirmari ſi in meritis iuſta appareret, Cephal. conſil.223.nu.1.vol.2. Alex.in l. de pupillo,§. qui opus, nu.6 ff. de op.noui nunt. & conſ.79. vol.2. Franc.in cap. dilecto el 2.num.26 & 52. extra de appell. Felin.in cap.in literis,nu.9.extra de off. deleg. Dec. conſ 394.nu.17. Marſil. ſing 502. Vant.de nullit tit.quib.mod.ſenten. nulla repar.poſſ.nu.129.Bart.in l.ſi expreſſim, col. pen ff.de appell.

Sed reſpondetur ex parte illius de damante, quòd terminus quindecim dierum adiectus in compromiſſo nõ fuit aſſignatus arbitris ad decidendum, ſed calculatoribus ad calculandum
11 qui infra tempus calcularunt, vt cũ † iuramento retulerunt arbitratores quibus credendũ eſt nõ docto de contrario, Malcar. concl.124. nu. 41. Menocch. lib.1.de arb.iud. quęſt.73. num. 31.Felin.in cap.cum a nobis ſub num.12.extra de teſtib. gloſſ. in verſ.& ſi tres, cap.cum dilectus extra de election.

12 Et nõ pręfixo termino arbitris ad † decidendum potuerunt decidere infra inſtantiam iuris cõmunis vel ſtatuti liteiam conteſtata, vel perpetuo non conteſtata lite, Lanfranc. de Orian. in tract.de arbitr. par.5.nu.40. vbi ſubijcit poſ-
13 ſe Iudicem cogere † partes ad litem conteſtandum,

dum,l. ſed & ſi cõpromiſsũ,ff.de arbitr. Blanc.
14 de comprom.quęſt.7.nu.36 Niſi in † compro-
miſſo fuiſſet adiectum tempus decurrẽdum ab
hodiè vel à tali die, Vinc.de Franch. deciſ.354.
ſub nu.3.par.2.Socc.conſ.87.vol.4. Iacob. in l.
tale,§.facta,ff.de iure dot.

15 Et quamuis non cogatur quis † compromiſ-
ſum acceptare, poſtquam tamen acceptauerit,
16 cogitur † diffinire, Lanfranc. de Orian.in tract.
de arbitr.in prin.nu.16.l.3.§.tamen ſi neminẽ,
ff. de arbitr.gloſſ.l.fin. C.de cõtrah. empt. Bal.
in l.non iuſtã in fin.C.ad trebell.Bar.in l. apud
iulianum in princ.ff.eod.gloſſ.in verſ.compro-
miſerunt,l.cum dies,ff. de arbitr. Ioan. Baptiſta
in tract.de arbitr. lib.5.cap.3.nu.1.l.ſi de meis,
§.fin.ff.de arbitr.l.& eſt ſi verus, §.1.ff.eod.

17 Et dicitur acceptaſſe † cõpromiſſum ſi fuerit
factũ apud acta pręſente illo qui datur arbitrer,
vel ſi in cõpromiſſo facto extra iuditium dica-
tur præſente ipſo arbitro, qui fuiſſet coniuncta
perſona, vel magnus amicus, vel non contradi-
xiſſet, vel abſens cum primũ ſciuerit, non repu-
gnauerit, vel ſi receperit inſtrumentũ compro-
miſſi, vel cognoſcere inceperit, Lanſranch. de
Orian.in tract.de arbitr.in prin.num.17.& 18.
Bal.in l.inuitus in fin.C.de procur. Ioan.Bapt.
in tract. de arbitr. lib.5. cap.3.nu.2.& 3. Imol.
in cap.quinta vallis differ.18. de iure iur.

Secũdum caput nullitatis adducebatùr quia
18 † omnes res, & differentię deductę in compro-
miſſo non fuerunt diffinitæ, ſed partim, expo-
ſito, vt ſimul omnia terminari deberent, vnde
redditur laudũ nullũ in totum, Blanc.de com-
promiſſ. quęſt.9.nu 60. Specul. tit.de arbitr.§.
ſequitur verſ.quid igitur, Hoſt.in ſum.de arbi-
tris, §.qualiter verſ.ſi non apparet per l.eos,C.
de appell.l.de qua re,ff de iudit.cap.ſecũdo re-
quiris extra de appell.Bal in l.1.C.ſi aduer.rem
iud. Vant.de null.ex defe.proceſſus,num.100.
circa fin. verſ. præmiſſa, l.quid temen, l. non
diſtinguemus, § cum in prures, ff. de arbitr.
19 ſicut etiam redditur nullum ſi de † re non de-
ducta in compromiſſo cognouerint arbitri, &
diffinierint, Lanfranch. in tract. de arbitr. 5.
membr.num.14.Alex. conſil.225.col.3.vol 2.
Socc. conſ.220.vol.2.l. nõ diſtinguemus,§.de
offitio,ff.de arbitr.l.ſi cũ res,§.1.ff.eod.Specul.
tit. de arbitr § excipere verſ. ſed pone litigan-
tes, vbi Ioan. Andr. in addit.

Sed reſpondebatur, quòd re vera arbitri de
omnibus cognouerũt, & ſimul omnia diffinie-
runt, vt apparet ex lectura ipſius laudi in quo
teſtantur, viſis omniſius computis, & conſide-
ratis cõſiderandis totius ſocietatis, facimus de-
bitorem dictum de Darrante in vntijs triginta
ſeptem, nec aliquę differentię non deciſę pro-
20 ponebantur, quæ & ſi verę arbitris tamen † nõ
cognitæ prętermicti potuerunt, Vant.de null.
ex defectu proceſſ. ſub nu.99.l. quid tamen, ff.

de arbitr.l.quidam extimauerunt,ff.ſi cert.pet.
Ang.in l.1.§.fin ff.quę ſent.ſine appell.Innoc.
in cap.2.extra de ord. cognit.

Quapropter deciſit Magna Curia, laudum
validum eſſe.

ARGVMENTVM.

Donatio poteſt fieri, vt valeat ad tempus.

SVMMARIVM.

Donatio poteſt fieri, vt valeat ad certũ tempus, nu.1.
Pactum in donatione adiectum poſſet teſtibus proba-ri, nu.2. & per ſcripturam priuatam, nu.3.
Falſi ſola ſuſpitio in ciuilibus habetur pro falſitate, num.4.
Falſitas non infertur vbi veritas eſt poſſibilis, nu.5.
Falſitas vt excludatur ſemper debet fieri interpetratio, num.6.
Veriſimile non eſt aliquem velle alteri beneficare cum ſuo diſpendio, nu.7.
Veriſimile non eſt quod habens filios omnia dediſſet, num.8.
Donatio rei quæ fuerit maiorum donatoris præſumitur ſimulata, nu.9. & alijs coniecturis, nu.7. & ſeq.
Veriſimile non eſt aliquem velle beneficare inimico de re aliena, nu.11.
Donatio propter lites futuras ſolet fieri in Regno perſonis priuilegiatis, nu.12.

DECISIO. XXIIII.

FRanciſca Sturino, & Paula de Vincẽ-
tio, habentes ius, & cauſam ab Angi-
la Morruello donataria Franciſci de
Amari, tentauerũt publicianam, ſeu
reiuendicationem quarumdam domorũ cõtra
Simonem de Amari poſſeſſorem earum.

Reus autẽ aduerſus deducta per actrices ex-
cipiebat primo quod dicta donatio facta à Fran
ciſca de Amari, qua dominium domorum pro-
bare intẽdunt eſt ſimulata, ſeu reſoluta quò ad
certum tempus fuit enim facta amitæ d. Fran-
ciſci, vt nomine ipſius, domos prędictas recu-
peraret prout recuperauit deinde à poſſe quo-
1 rumdam, in tantum quòd † finita lite, vel fuit
2 reſoluta, vel remanſit ſimulata, potuit enim †
tale pactum donationis teſtibus probari, ſicut
ipſa donatio potuiſſet, Menocch.conſ.881.nu.
15.vol.9.Natt.conſil.609.nu.21.vol.4. Auall.
conſ.43.nu.14.vol.3.Maſcar.vol.1.de probat.
concl.562.nu.1. quia (inquit) ad ſubſtantiam
donationis non requiritur ſcriptura, Paul. de
Caſtr.conſ.75.nu.3.vol.2. Bertrand.conſ.208.
3 nu.3. vol.2. & conſ.89. nu.2.vol.1. Ac † etiam
per ſcripturam priuatam, Maſc.concl.562.nu.
3.Mantu.conſ.71.nu.17.verſ.& ſufficit, Et in
hoc themate producuntur plures teſtes ſuper

pacto

pacto prędicto, quod valeret donatio durante lite tantùm, & non poſtea iuxta tex. l. 2. C. de don. quæ ſub modo, vbi Bal. & Salic.

Actrices replicabant arguētes aliquos ex teſtibus productis de falſo, ex eo quod repoſuerant donatorem, poſt litem finitam ſtetiſſe in poſſeſſionem domorũ, cum oſtendatur exigiſſe loeria Franciſcum virtute procurationis Angi
4 læ donatarię, & in ciuilibus ſola falſi † ſuſpitio habetur pro veritate, Archid. in cap. in memoriam, 19. diſtin. Bal. in l. ſi veritas, C. de fideicomm. Abb. in cap. porrecta in 3. not. extra de confirm. vtili vel inut. Pariſ. conſ. 12. col. 3. vol. 4. Curt Iun. conſil. 52. in fin. Ant. Gabr. lib. 7. concluſ. tit. de maleſit. concl. 6. num. 1. Marſil. conſ. 17. col. 2. Iaſ. conſ. 168. col. 2. vol. 4. Mantua. conſ. 174. col. 2. Purpur. in l. traſigere, col. fin. C. de tranſact.

Dupplicabat reus exceptionem quòd Franciſcus donator vno anno exegit vti procurator donatariæ, ſed annis ſequētibus locabat, & exigebat nomine proprio, & in eiuſdem domibus diem ſuum clauſit extremum, quo fit vt falſitas
5 inferre nõ poſſet quãdo † veritas eſt poſſibilis, Hiero. Gabr. conſ. 180. nu. 4. in fin. vol. 1. Bal. in cap. 1. §. notandũ de nat. feud. Et ſemper de-
6 bet † fieri interpetratio per quam falſitas excludatur, Surd. conſ. 173. nu. 53. vol. 2. Bal. in l. iuris gentium, §. quod ferè, ff. de pact. Alex. conſ. 74. nu. 11. vol 4. Iaſ. in l. ſingularia, nu. 48. ff. ſi cert. pet Paris conſ. 28. nu. 50. vol. 2. Dec. conſ. 175. nu. 5. Becc. conſ. 78. nu. 10. & 44. Foller. in pratt. crim. par. 2. verb. item quod cõmiſit falſitatem, nu. 12. Alex. Stiat conſ. 117. nu. 38. inter conſ. crim. diuerſ. Bart. in l. non ſolum, §. ſed vt ꝓbari, ff. de op. nou. nuntia. Alciat. de pręſum. 3. rect. 1. pręſum. Ant. Gabr. lib. 7. concl. tit. de maleſit. concl. 2. nu. 1 Boer. deciſ. 215. nu 22. Surd. deciſ. 282. nu. 11. & 12. Becc. conſ. 78. nu. 12. Paſeth. conſ. 180 nu. 14. Tanto fortius quia procuratoriũ factum fuit a duobus hęredibus tantum dictæ Angilæ, & nõ ab omnibus, cum plures fuiſſent, & probata donatione fictitia, & procuratorium hæredum donatariæ fictitium dicitur vti acceſſorium.

Secundò excipiebat reus de ſimulatione donationis, quæ primo coniecturatur ex eo quod donator litem feciſſet ſuis expenſis, quò fit vt
7 non ſit † verſimile aliquem velle alteri beneficare cũ ſuo diſpendio, gloſſ. cap. ſi Romanorũ 19. diſtin. Cephal. conſ. 631. nu. 32.
8 Secundò quia donator habebat † vxorem ex illa filios ſperabat, & non eſt veriſimile, quod omnia dederit cum nihil aliud habebat in bonis, Becc. conſil. 52. num. 59. Onded. conſ. 46. num. 17. vol. 1.

Tertiò quia domus erant maiorum donato-
9 ris, & † pręſumitur ſimulatio quando donatur res maiorum ſuorum, Maſcar. concl. 443. nu. 2. gloſſ. in verſ. maiorũ, l. ſi emptori, ff. de minor. l. cum ſeruus, ff. manda. Affl. in cap. 1. nu. 67. de feud. dato in vicem leg. com.

10 Quartò quia † donator ſemper ſoluit onera impoſita ſuper dictis domibus eaſquè meliorauit, Surd. deciſ. 34. num. 3. l. cum de indebito, ff. de probat.

Quintò quia donator in eius teſtamento reliquit habitationem dictarum domorum vxori & proprietatem cõuento, tunc innimico, vnde
11 non eſt † veriſimile voluiſſe beneficare innimico de re aliena, & ſimulatio de iure optimo arguitur ex nõ verſimili, Maſc. concl. 442. nu. 3. Cephal. conſ 142. nu. 52. vol. 1.
12 Sextò quia fuit facta † donatio conſanguinę viduæ, & priuilegiatæ propter litem futuram, vt maiorẽ finem haberet, ſicut indifferenter in Regno ſeruatur, Bart. in l. poſt contractus, nu. 3. ff. de donat. Bott. conſ. 59. nu. 41. Becc. conſ. 52. num. 55. Honded. conſ. 46. num. 15. & 16. Turrett. conſ. 87. nu. 34.

Sed Magna Curia neſcio quo iure condemnauit cõuentum, me exiſtente in contrario voto, quod (vt audiui) fuit à Iudicibus Tribunalis conſiſtorij Sacræ Regiæ Conſcientiæ confirmatum 1602.

ARGVMENTVM.

Quando peti poſſet reſtitutio in integrum aduerſus factam concluſionem, ſeu inſtantiæ lapſum?

SVMMARIVM.

Reſtitutio in integrũ cõceditur minori ſaltim ex clauſula generali ſi qua mihi alia iuſta cauſa, &c. aduerſus lapſum primæ inſtantiæ, nu. 1. tanto magis ſi contra tutores non poſſet habere regreſſum, nu. 2.

Reſtitutio in integrum cõceditur minori aduerſus concluſionem in cauſa, num. 3.

Conſt. Regni obſcuritatem declaratur, nu. 4.

Reſtitutio in integrum cõceditur mulieribus etiã maioribus pendente iuditio ante ſententiam, nu. 5.

Cauſæ concluſæ in Magna Regia Curia non tranſeunt in hermodicium, nu. 6.

Reſtitutio in integrum tantum dat quantum læſio obſtulit, num. 7.

DECISIO. XXV.

IOannella Caluagno minor cõuenta petijt reſtitutionem in integrũ aduerſus factam cõcluſionem, ſeu aduerſus inſtantię lapſũ, in cauſa quã habebat cum Donna Lauria Ruſſito actrice.

Primò enim deducebat minor, quod ſaltim
1 ex † clauſula generali ſi qua mihi alia iuſta cauſa, &c. eſſet concedenda reſtitutio in integrum

 aduer-

aduerſus lapſum primæ inſtantiæ, Sforz. Odd.
de reſtit. in integr. quęſt. 66. nu. 12. vbi teſtatur
com. opin. Bart. in l. 1. C. ſi aduerſ. liber. Iacob.
à S. Georg. in l. ſi vero cautæ, nu. 5. C. de iudit.
Socc. Sen. conſ. 299. nu. 1. & 2. Rebuff. de reſtit.
in integr. gloſſ. 1. nu. 16. Maur. Dolan. de reſtit.
in integr. cap. 283. gloſſ. & Bart. in l. & ſi ſine,
§. fin. ff. de minor.

2 Tanto magis quando cōtra † tutores, vel cu-
ratores nō haberet regreſſum, vel quia nō fue-
rint in dolo, vel culpa, vel ſoluendo nō eſſent,
Sforz. Odd. in tract. de reſtit. in integrū, quęſt.
22. Bellam. in cap. fin. num. 6 extra de reſtit. in
integr. Vital. in clem. 1. nu. 16. eod. tit. Monti-
cel. in tract. de inuent. hęred. tit. de hęred. & fal
cid. nu. 210. Auall. cōſ. 40. nu. 14. vol. 3. Berous
conſ. 120 nu. 23. vol. 1 Petr. Ant. Anguſc. conſ.
56. num. 3 vol. 2. Turzan. comm. opin. 60. verſ.
quamuis, Petr. de Bellapert. in l. fin. circa fin.
C. ſi tut. vel cur.

3 Et concedi † deberet aduerſus cōcluſionem
in cauſa, Sforz. Odd. in tract. de reſt. in integr.
quęſt. 64. nu. 41. Signor. de Homod. in l. nam, &
poſtea, § ſi minor, nu. 9. ff. de iure iur. Anchar.
in cap. auditis, num. 7. extra de reſtit. in integr.
4 gloſſ. l. fin. C. ſi ſęp. reſt. poſtul. Etiā ex † conſt.
Regni obſcuritatem, quæ concedit mulieribus
5 etiam † maioribus reſtitutionem in integrum
pendente iuditio ante ſententiam, gloſſ. Iſern.
& Afflict. in dict. conſt. obſcuritatem, rub. de
reſt. mulie. lib. 2.

Ex quibus, & ſequentibus tollitur obiectum
6 Donnæ Laureæ quæ allegabat cauſas † cōclu-
ſas in Magna Curia nō tranſire in hermoditiū
ex cap. ritus 184 & ſi cōcederetur reſtitutio re-
ſcinderetur cōcluſio, & per cōſequens inſtan-
tia periret, Tum quia (vt probatum eſt) etiam
aduerſus inſtantiæ peremptionē datur minori-
bus reſtitutio, tum quia concluſio fuit facta per
viginti duos dies ante lapſum inſtantiæ, ita vt
reſciſſa cōcluſione poſſet concedi reſtitutio ad
7 tantundē tempus, quia tātum † dat reſtitutio,
quantū lęſio abſtulit, l. fin. ff. de minor. l. ſed &
ſi per prętorē, §. ſi feriæ, ff. ex quib. cauſ. maior.

Quapropter deciſit Magna Curia eſſe mino-
rem reſtituendam Anno 1600.

ARGVMENTVM.

Quibus medijs exequutio inſtrumenti publici
corruere poſſet?

SVMMARIVM.

Exceptio adimplementi non ſequuti ex parte actoris non cenſetur reiecta à ſtatuto reiciente omnes defenſiones, nu. 1.

Promiſſio quando erit ætatis perfectæ continet diem incertam, nu. 2.

Mora vt contrahatur in die incerta debet præcedere interpellatio, nu. 3.

Præceptum datum à patre, vt filia nuberet cū conſenſu certorum propinquorum debet ſeruare, nu. 4.

Præcepto teſtatoris ſpreto eſt hæres priuandus hæreditate, nu. 5. declara, nu. 6.

Declaratoria requiritur ſaltim commiſſi in pæna ipſo iure impoſita, nu. 6.

Reſtitutio in integrū conceditur minori aduerſus ſpretum, ſeu non adimpletū præceptū teſtatoris, nu. 7.

Hæres non prohibetur agere contrauenien s præcepto teſtatoris, niſi fideicommiſſarius declarauerit velle ſuccedere, nu. 8.

DECISIO. XXVI.

FVit cauſata exequutio in vntijs trigin
ta octo, & tarenis quindecim ad in-
ſtantiam Philippi Varrica contra hę-
redes cōdam Ioannis de Nardo, quæ
fuit adimpleta per primum decretum ſuper
bonis hæreditarijs.

Opponebat hæres primo quod Varrica erat
obligatus in eodem inſtrumēto ratificari face-
re vxorem ſuam, quæ non ratificauit, atq; ita
1 obſtat † exceptio adimplementi nō ſequuti ex
parte actoris, quæ non cenſetur reiecta à ſtatu-
to, vel pacto reiciente omnes exceptiones, &
defenſiones, Bart. in l. 1. § & parui, ff. quod vi
aut clam, Dec. conſ. 119. num. 3. Roman conſ.
144. nu. 5. Crauett. conſ. 151. nu. 10. Marcian.
conſ. 47. num. 6. Becc. conſ. 45. nu. 13. Torrett.
conſ. 74. num. 58. vol. 1. & conſ. 78. nu. 15. eod.
lib. Olaſc. deciſ. 50. nu. 10. Brun. à ſole in com-
pend. propoſ. iuran ver. exceptio implementi,
Cephal. conſ. 312. nu. 100. & conſ. 407. nu. 15.
& 19. Ioſeph. Ludou. deciſ. Iucenſ. 50. nu. 3. lib.
1. Auall. conſ. 53. nu. 32. lib. 1. Maſcar. vol. 3. de
probat. concl. 1387. nu. 21. Alex. de pact. num.
435. Cum. ſuper rit. 16. nu. 68. Ioſeph. Ludou.
concl. 1. illat. 94. ampl. 16. tit. de prob. Surd.
conſ. 52. nu. 35. lib. 1. Menocch. conſ. 1. nu. 168.
& conſ. 55. nu. 6. vol. 1 Magon. deciſ. 11. nu 4.
Honded. conſ. 86. nu. 16 lib. 1. Surd. conſ. 186.
num. 21. lib. 2. Decian conſil. 102. nu. 9. vol. 5.
Milan. deciſ. 4. num. 100. lib. 2. Simon de. Pręt.
conſ. 28. nu. 6. & 7. Bott. conſ. 90. num. 6. Natt.
conſ. 226. num. 2. Garger. patrocin. 36. num. 6.
Maluaſ. conſil. 56. num. 34. Barnaba Cornazz.
deciſ. luce. 160. nu. 10. Mar. Anguiſſ. conſ. 77.
nu. 4. Burſat. conſil. 191. vol. 2. cum concor. in
meo tract. de caſib. conſcie. cent. 1. caſ. 14. vbi
ampliaui, & limitaui.

Replicabat Varrica, quod non erat adiecta
2 certa dies, ſed incerta quādo † eſſet ætatis per-
3 fectę, atq; ita erat neceſſe † interpellari, & dari
terminus, vt in mora conſtitueretur, Bal. in l.
magnam per illum tex. à contrario ſenſu, C. de
contrah. ſtipul. Cum. in cap. ritus 98. num. 24.

Ant.

Ant.Gabr.lib.5.concl.tit.de ſolut.concl.9 nu.
34. vbi teſtatur magis comm. opin. Bal.in l.ſi
poſt tres, col. 5. ff.ſi quis caut. & in l.ſi pacto
quo pœnam, col 3.C.de pact. Alex.in l.ſi inſu-
lam,col.6.fall.2.ff.de verb.obl. Iaſ in l.ſi ſtipu-
latus eſſem abſte in 4.not. ff.de verb.obl. Socc.
conſ.109.in fin.vol.1. Dec. conſ.2.col.3. Pur-
pur.in l.vinum, col.4.ff.ſi cert. pet.

Secundò opponebat hęres de carentia actio-
nis, quia pater Ioannæ vxoris dicti de Varrica
cuius nomine egit reliquit in teſtamẽto, quod
non poſſet nubere ſine cõſenſu certorum pro-
pinquorũ alias caderet ab hęreditate,& dumta-
xat haberet vntias centum, & cõſenſum prędi-
ctum in matrimonio cum dicto de Varrica nõ
4 recepent, quod † pręceptũ a patre datum ſer-
uari debuit, Iaſ. in l. turpia, num. 5.ff.de leg. 1.
Crauett. conſil. 1.nu 1. Mantic.de coniect.vlt.
vol.lib.11.tit.18.nu.8.in fin. Alex. conſil.209.
nu.7.vol.6. Vndè ſi pręceptũ teſtatoris debuit
5 ſeruari, eo † ſpreto eſt priuāda dicta Ioanna hę
reditate, & transfertur ad ſubſtitutos, Ioſeph
Ludou.tit.de hęred.concl.1.illat.82.l.hoc iure
§.fin.ff de donat.l.ſed ſciendum, ff. ad trebell.
Gugl. Bened.in cap.raynuntius verſ. raynun-
tius declara,nu.44.extra de teſtam. Pariſ. conſ.
19.nu.28.vol.2.Tiraq.de ll.connub.l.5.nu.14.
Dec.conſ.273.nu.2. Socc. in l.quibus diebus,
col.3.ff.de cond.& demoſt.Boer.deciſ.146.nu.
6.Atq; ita male egiſſe videtur Varrica nomine
vxoris pro dicta ſumma hęreditaria.

Replicabat Varrica primo quod & ſi pœna
6 ipſo iure lata fuiſſet à teſtatore requirebatur †
declaratoria ſaltim cõmiſſi, Tiraq.in l.ſi vnquā
in verſ. reuertatur, nu.400.C. de reuoc.donat.
Felin.in cap.cum ab homine, col 4. extra de re
iud. Dec.auth. caſſa, col.3.C.de ſacro ſan eccl.
Roma.conſ.1-1.col.2. Bal.conſ.301.circa prin.
vol.1.Curt. conſ.60.col.7. Ang.conſ.256.col.
vlt. Card. conſ.35.col pen. meus Abb. conſ.3.
quęſt.8.vol.2. Affl.in conſt. comes,col.pen.
7 Secũdò.quia † minori datur reſtitutio in in-
tegrum aduerſus ſpretum, ſeu nõ adimpletum
pręceptum teſtatoris, Sforz. Odd.in tract.reſt.
in integr. quæſt.83. num.57. vbi teſtatur com.
opin. Aret.conſ.6.col.4. Fulgoſ.conſ.61.nu.5.
Roma.ſing.94. Ruin. conſ.199. num.5.vol.1.
Rimin.conſ.261.nu.32.vol.2.

Tertiò quia niſi fideicõmiſſarius declarauc-
8 rit † velle amplecti fideicõmiſſum, non prohi-
betur hęres agere, Peregr.de fideicomm. art.2.
nu.61. quia (inquit) fideicõmiſſarius eſt loco
hęredis,& ſicut in hęrede requiritur aditio, ita
in fideicommiſſario agnitio fideicõmiſſi, Paul.
de Caſtr. in l.cogi, §.metianus, nu.4.ff. ad tre-
bell. Socc. & Rip. in l.1.§ ſed & quoties, ff.ad
trebell.ille ſub nu.5 iſte ſub nu.7. idem Rip.in
l.1.nu.50.& 51. ff.de leg.1. Cephal. conſ.318.
nu.94. Caualc.deciſ.33.nu.8.par.2.

Quapropter Magna Curia deciſit oppoſitio
nes reiciendas, in menſe Nouembris 1600.

ARGVMENTVM.

Quando curator teneatur non diſcutens
tutores adminiſtrantes?

SVMMARIVM.

Exceptiones peremptoriæ natæ ante ſententiam non admittuntur aduerſus eius exequutionem, ſed modificatiuè, nu.1 declara, nu.2.

Reſeruatio in ſententia conſeruat iura cõdemnati, nu.3.

Inuentarium probat bona extare, vel non, nu.4.

Curator tenetur petere à tutoribus rationem, & reliqua, num.5. aliàs tenetur ad intereſſe, nu.7. & ad omnia ad quæ tenebantur tutores, nu.9.

Tutores habiles non exacti à curatore præſumuntur exacti, nu.6.

Curator non exigens debita tenetur ad dupplum, & intereſſe, nu.8.

Curator non exigendo dicitur in dolo, nu.10. & conatum ſuum tenetur probare, nu.11.

Curator non tenetur ad intereſſe non exigendo quando debitor potuit ab adulta excuti, nu.12.

Curator non tenetur ſuis expenſis exigere, nec facere inuentarium, nu.13. (14.

Curator non dicitur in dolo ſi fecerit quod potuerit, nu.

Curator accedens extra Ciuitatem debet ſumptus facere de pecunijs pupilli, nu.15.

Hæredes tutoris, vel curatoris tenentur de dolo, & lata culpa demum lite conteſtata cũ defuncto, vel quando fuiſſent effecti locupletiores, nu.16. (17.

Quictantia facta vni ex contutoribus alijs prodeſt, nu.

Curator, vel tutor ex doloſa adminiſtratione non dicitur legitimè liberatus, nu.18. (19.

Voluntas enixa oſtenditur ex triplicatione actus, nu.

Quictantia facta tutori ex quibus argui poſſet falſa, num.20 & ſeq.

Falſitas arguitur ex carta derecenti cum tractetur de facto antiquiſſimo, nu.20. & alijs modis, num.21. & ſeq.

Conuictio perſonarum eſt maxima præſumptio donationis, num.25.

DECISIO. XXVII.

FVit cauſata exequutio in Curia Pręto-
riana ad inſtantiam Lauriæ Gurrerio
donatariæ in vntijs duabus mille cõ-
tra Don Paulum de Ioanne, vti hęre-
dem Franciſci de Ioanne hęredis,& fideiuſſo-
ris Franciſci de Bonamoneta curatoris Marga-
ritæ de Gurrerio effectum habens ſuper bonis
declaratis hypotecatis contra ipſos tertios poſ-
ſeſſores,& interloquutum quod retractetur, à
qua interloquutoria fuit appellatũ ac M. C. &
petitum debere reuocari cũ proceſſerit vigore
ſenten-

ſententię redditionis compoti curatię adminiſtratæ, & liquidationis, & reuiſionis, aduerſus
1 quam nō admittuntur † exceptiones peremptoriæ quæ erant natę ante ſententiam, ſed tantum modificatiuæ, Bart.& Iaſ. in l. 1. C. de iur. & facti ignor. Affl. deciſ. 13. ſub num. 28. Boer. deciſ. 43. Iacob. Machel. patroc. 40. nu. 7. Cappel. Tholoſ. deciſ. 263. Caualc. deciſ. 45. nu 64. & deciſ. 10 nu. 19. Et cum dicta liquidatio fuerit facta in vntijs quatuor milli quingentis, & ſex, exequutio vero in vntijs duabus mille tantum non poſſet ita ſtrictè modificari, quin non reſtet bona ſumma exequtionis

2 Sed reus replicabat poſſe omnes † exceptiones opponi, etiam impugnatiuas, cū in ſententia fuerint reſeruatę proponendę in diſputione computorū, & reſeruatio † in ſentētia con-
3 ſeruat ius condemnati, Crauett. conſ. 29. nu. 8. l. at ſi quis, §. pleriq;, ff. de relig. & ſumpt. fun. l. 3. §. 1. ff quib. mod. pign. vel hipo. ſoluat, l. 3. §. penult. ff. de lib. hom. exhib. l. penult. ff. de aqua quot. & eſti. Menocch. conſil. 422. nu. 32. vol. 5. Cephal. conſ. 370. nu. 60 Surd. deciſ. 163. nu. 17. & deciſ. 205. nu. 13. & conſ 152. nu. 29. & conſil. 180. nu. 14 & conſ. 205. nu. 24. vol. 2. Ang. in l. ſi quis legauerit, ff. de leg. 1. & in l. ſcripturas. nu. 3. C. qui potior. in pignor. habē. Becc. conſ. 34. nu. 23. Vince. de Franch. deciſ. 32. nu 14. Menocch. conſ. 495. nu. 35 vol. 5. & conſ. 2. nu. 57. vol 1. Crauett. conſ. 144. nu. 15. & conſ. 789. nu. 3. Ruin. conſ. 40. nu. 7. & conſ. 99. nu. 10. vol 1. Socc. Iun. conſil. 134 num. 86. vol. 3. Menocch. conſ. 319 nu. 22. & conſ. 341. nu. 17. vol. 4. Bur. conſ. 264 nu. 22. & conſ. 304. nu 48. vol. 3. Crauett conſ. 15. num. 2. Cephal. conſ. 547. nu. 5. vol. 4 & conſil. 441. num. 99. & conſ. 370. nu. 70. Becc. conſ. 74. num. 6. Hiero. Gabr. conſ. 155. nu. 32. & conſil 66. nu. 43. vol. 1. Gramm. deciſ 65. nu. 5. Grat. conſil. 139 nu. 20. vol. 1. Ruin. conſil. 114. nu. 11. vol. 5. Bal. in l. item labeo, ff. famil. herciſc. Ant. Cioff. conſ. 20 num. 15. vol. 2. Socc. Iun. conſ. 67. num. 19. vol. 1. Bal. conſ. 100 lib. 1.

Et ob id conuentus opponebat primo quod minor nō habebat bona, atq; ita in poſſe curatoris nihil peruenire potuerit, vt ex lectura inuentarij apparet, in quo tātum erant deſcripta
4 iura, & actionis, inuentarium † namq; probat bona extare, vel nō extare in hęreditate, Maſc. vol. 2. de probat. concl. 939. nu. 1. Bart. in l. ſcimus, §. licentia per illum tex. C. de iure delib. l. fin. C. arbitr. tute. Bal. cōſ. 4. in fin. vol. 2. Alex. conſ. 125. num. 5. lib. 1. Dec. conſ. 221. nu. 9. & conſ. 209 col. 1. Natt. conſ. 162. nu. 9. Iaſ. conſ. 55. in prin. lib. 1. & in l. pacta nouiſſima, nu. 5. & 6. C. de pact. Rip. in l. ſi conſtante, nu. 19. ff. ſol. matr. Alciat. de pręſum. reg. 3. pręſum. 20. Alex. & Aret. in l. in illa, col. penult ff. de verb. obl. Olaſc. deciſ. 61. nu. 11. Corn. & Iaſ. in d. §. licentia, vterquè, nu. 1. Guid. Pap. quęſt. 142. in fin. Burſat. conſ. 304. nu. 2. & 3. vol. 3.

Sed replicabat actrix, quod erant bona hęreditaria Ioannis patris adultæ, & Don Nicolai Barone patrui minoris ab inteſtato mortui fini
5 ta tutela, & à tutoribus † tenebatur curator petere rationem, & reliqua, l. a tutoribus, §. offitium, l. tutores, qui §. adoleſcens, & ibi gloſſ. & l. emilius, ff. de adm. tut.

Et cū eo tēpore tutores dicerentur prompti ad redditionem compoti, & habiles ad reliquo-
6 rum ſolutionem, reputātur ac † ſi fuiſſent exacti, l. ſi vero, §. perueniſſe, ff. ſol. matr l. 2. §. ſed, & ſi quid, ff. de hęred. verd. l. ſed, & ſi lege, §. proinde, ff. de pet. hęred. gloſſ. l. dolus, ff. mand. Menocch. lib. 3. pręſum. 58. nu. 7. Maſc. concl. 1221.

7 Et † curator propter negligentiā in non exigendo dicitur in lata culpa, & tenetur ad intereſſe, l. periculum, ff. ſi cer. pet. l. debitoribus, C. de adm. tut. Socc. conſ. 2. circa med. & conſ. 273. col. 3. vol. 1. Surd. conſ. 296. nū. 30 vol 2. l. ſi tutor conſtitutus, l chirograhus, ff. de adm. tut. l. tutores in fin. C. eod. l. quicquid, C. arbit. tut. Bertacch. in reper. in verſ. tutor tenetur de neglectis, Bart. in l. tutor qui repertoriū in fin. ff. de adm. tut cap. licet Epiſcupus de pręb. lib. 6. cap. commiſſa de elect. lib. 6.

8 Et non ſolum † curator propter negligentiā in nō exigendo oportunis remedijs tenetur ad debita nō exacta, ſed etiam ad dupplum, & intereſſe, Decian. reſp 85. num. 26. & 32. vol. 2. Imol. conſ. 75. num. 2. Rom. conſ. 413. col. 1. Menocch. conſ. 863. nu. 13. vol. 9.

9 Et da † omnia ea ad quæ poterant tutores teneri, l. tutores, qui § adoleſcens, l. emilius, vbi gloſſ. & Alber. l. qui negotiationem, §. ex duobus, ff. de adm. tut. l. pupillorum, C. eod. l. quicquid, C. arb tut l. 1. & 2 C. ſi tut. nō geſſ. Socc. conſ. 2. & conſ. 63. lib. 1 Pariſ. conſil. 25. num. 44. vol. 2. Plot. de in litem iura, num. 216. l fruſtra, C. de adm. tut.

10 Et dicitur † curator eſſe in dolo non exigendo iuditialiter, vel ſaltim, nō petendo extraiuditialiter, l. dolus, ff. mand gloſſ. l. emilius, ff. de adm. tut. l. 2 & l. quicquid. C. arb tut. Socc. cōſ. 2. vol. 1. Plot. de in lit. iuran. num. 215. & 216. Surd. conſ. 296. nu. 12. vol. 2. Caualc. deciſ. 39. nu. 33. Fanut. de iure iura. par. 2. nu. 29. Sarafin. de priuil. iura. 31. priuil. nu. 53. & 58. Cephal. conſ. 341. nu. 10. vol. 3. Menocch. pręſum. 55. nu. 10. lib. 3. Alex. conſ. 103 col. 2. vol. 1. Maſc. cōcl. 531. nu. 24. Decian. reſp 85. nu. 23. vol. 5.

11 Et † tenebatur conatū, & diligentiā in actis demoſtrare, & probare, Caualc. deciſ. 39. par. 1. Decian. reſp. 79. nu. 12. Plot. de in litē iura nu. 196. Caualcc. de tut. nu. 202. Serafin. de priuil. iura. 31. priuil. nu. 53. & 58. Cephal. conſ 341. nu. 10. & cōſ. 405. col. 1. Maluaſ. cōſ. 113. nu. 16.

Duppli-

Dupplicabat conuentus exceptionem, quod
12 † negligentia curatoris nō obeſſe potuit adultę
cū finita tutela, & cura potuerat à Ioanne Mat-
theo conti contutore petere rationē. l. quoties,
§. nequaquam verſ. ſi dies, ff. de adm tut. l. tuto-
res, §. adoleſcens, l. cum poſt mortem, ff. eod.
l. ſi tutor, §. ſi de teſtamento, verſ. quinimo, ff.
de tutel. & rat. diſtrah.

Neq; curator dicitur eſſe in dolo, vel culpa,
cum non probetur quid minimū perueniſſe in
13 eius poſſe, & ſuis † expenſis nō tenebatur exi-
gere, neq; etiā inuentariū facere, Anchar. Iun.
quæſt. 61. nu. 4. par. 2. Caualc. de tutor, nu. 62.

Et legitur requiſiuiſſe matrē adultæ, vt aſſi-
gnares ſcripturas, & pecuniā, quia erat promp-
tus facere omnia poſſibilia, quò redditur alie-
nus ab omni dolo, & culpa, demoſtrando bonā
14 † voluntatem, & impotentiam, arg. a cōtrario
ſenſu, l. ſi procuratorem, §. dolo, ff. mand. l. §.
eſt autem apud, ff. de poſ. l. dolo, ff. ad l. falcid.

Quinimo ſuis expenſis iuit ad Ciuitatem Ca
ſtri noui pro hæreditate prętenſa illius Dō Ni-
16 colai Barone cū † tutori, vel curatori eunti ex-
tra Ciuitatem fit facienda expenſa de pecunijs
pupilli, Bari. in l. à tutoribus, §. fin. ff. de adm.
tut. Damoder. de patroc. pupil. tit. de tut. aut
curat. mercede, nu. 15. Surd. de alime. quęſt 47.
num. 8. tit. 1. l. 1. §. ſi pupillus, ff. de eutor. & rat.
deſtrah. Bart. in l. athletæ, §. tutela, ff. de eccuſ.
tut. Caualc. de tut. & cur. num. 310. Aret. in §.
actionum, num 44. indiſt. de actio. Guid. Papa
quæſt. 68. Anchar. Iun. quæſt 61. num. 7. lib. 2.
Cordub. in l. ſi quis à liberis, §. ſi mater, nu. 73.
ff. de lib. agnoſc. Carroce. de loca. & cōd. par. 1.
tit. de adm. tut. nu. 14. Bal. conſ. 256 vol. 3.

16 Et † hæredes tutoris, vel curatoris tenentur
de dolo, & lata culpa demum lite conteſtata cū
defuncto, vel quando fuiſſent effecti locuple-
tiores, Bart. & Bald. in l. 1. C. de hæred tut. vel
curat. l. cum oſtendimus in prin. ff. de fideiuſſ.
tut. l. non ſimiliter, ff. de magiſt. non conuenie.
Ang. conſ. 308. in fin.

Secundò opponebat cōuentus de tribus qui-
ctantijs, prima facta fuit a dicta Margarita facta
iam maiore eius tutori Sigiſmundo Baroni, ſeu
hęredibus eius, ſecunda fuit facta poſſeſſoribus
bonorum D. Nicolai Barone eius patrui, tertia
fuit facta ipſimet curatori de bona moneta, &
17 quictatio † facta ex cōtutoribus alijs prodeſt cū
adminiſtratio non fuerit diuiſa a teſtatore vel
à Iudice, & eorum interſit liberari, l. pupillus
vbi gloſſ. & l. qui plures, ff. de adm. tut. Cyn.
Fulgoſ. Alex. & Curt. Sen. in l. 1. C. de tranſact.
Cuma. conſ. 24. in fin. Surd. conſ. 170. nu. 30. &
33. vol. 3. Bar. in l. ex duobus quęſt 6. ff. de duo-
bus reis, Paul. de Caſtr. conſil. 458. col. 1. vol. 1.
Burſa. conſil. 451. num. 4. vol. 4. Lancell. Gall.
conſil. 111. circa fin. Sebaſt. Medic. de accepti-
lat. quęſt. 5. num. 2.

18 Replicabat actrix primo quòd ratione † do-
loſæ adminiſtrationis tutor, vel curator nō po-
teſt dici legitimę liberatus in generali quictan-
tia, nec circa reſtitutionem reliquorū, Anchr.
conſ. 330. Paul. de Caſtr. conſ. 107. vol. 1. Auall.
conſ. 49. vol. 1. Pedam. deciſ. 58. Menoch. conſ.
22. nu. 9. & de arbit. iud. lib. 2. caſ. 209. Cephal.
conſ. 678. nu. 42. Caualc. de tut. & cur. nu. 203.
& deciſ. 38. nu. 16. Rimin. Iun. conſ. 338. vol. 3.
l. aurelius, §. caius, ff. de lib. lega. l. qui plures,
ff. de adm. tut. Couarr. lib. 2. var. reſol. cap. 14.
Ant. a ſola in conſt Pedam. tit. de minor. & rat.
diſtrah. par. 1. gloſſ. 1. nu. 2.

Sed reſpondebat reus, quòd quictantia fuit
de omnibus facta verbis vniuerſalibus gemina-
tis, & pręgnantibus etiam per Antoninū Gur-
renum procuratorum M. C. virum dictę Mar-
19 garitæ, & cum eſſet † triplicata demoſtrat eni-
xam voluntatem liberantis, Bart. in l. baliſta, ff.
ad trabell. Iaſ. in l. cum filio familias, num. 65.
ff. de leg. 1. Crauett. conſ. vlt. nu 6. vol. 2. Pariſ.
conſ. 50. nu. 15. vol. 4. Natt conſ. 110 nu. 4. & 5.
Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 6. nu. 9. &
10. Decian. conſ. 3. nu. 18. vol. 2.

Secundò replicabat actrix, quòd quictantia
facta curatori de bona moneta eſt ſuſpecta de
20 falſo, prima ex eo quod appareat ſcripta † in
carta de recenti, cū tractetur de ſcriptura vltra
annos triginta duos, Maſcar. concl. 740. nu. 16.
Crauett. conſ. 28. nu. 3. & conſ. 134. nu. 36. Bal.
conſ. 37. nu. 6. lib. 1. & in l. ſcripturæ circa me-
dium, C. de fideinſtr. Paul. de Caſtr. conſil. 282.
nu. 3. vol 1. Menocc. lib 2. de arb. iud. caſ. 187.
num. 38. Curt. Iun conſil. 51. circa finem, cap.
inter dilectos extra de fideinſtr. Surd. conſil.
173. num. 7. vol. 2.

21 Secundò quia † tempore vſus dictę quictan-
tię teſtes inſtrumētarij repeniuntur mortui ma-
ximè cum nō fuerint nimis ſenes, Maſc. concl.
740. nu. 8. & 9. Alex. conſ. 17. ſub num. 2. vol. 1.
Crauett. conſ. 28. nu. 7. & conſ. 249 nu. 8. Pariſ.
conſ. 27. nu. 24. vol. 2. Barba. conſ. 43. nu. 3. vol.
1. Corn. conſ. 226. ſub nu. 4. vol. 3. & conſil. 70.
ſub nu. 3. vol. 4. Menocch. lib. 5. pręſum. 20. nu.
7. Curt. Sen. conſ. 56. circa fin. Neuizz. conſ. 8.
nu. 62. & conſ. 27. nu. 15. Menocch. conſ. 199.
nu. 13. vol. 2. & conſil. 807. nu. 12. vol. 9. Oſaſc.
deciſ. 117. nu. 10. Decian. reſp. 81. nu 47. vol. 5.

22 Tertiò quia † nō apparent minuta, nec pro-
tocollus, & regiſtrum eſt ſine alphabeto cōtra
inſolitum modum, & ſtilum Notariorū, Maſc.
concl. 740. num. 38. Crauett. conſil. 28. num. 5.
Cephal. conſil. 187. nu. 26. Soce. Iun. conſ. pen.
nu. 56. vol. 2. Menocch. conſ. 807. nu. 17. vol 9.
& lib. 5. pręſu. 20. nu. 16. & lib. 2. de arbitr. iud.
caſ. 187. nu. 45. Surd. conſ. 173. nu. 25. vol. 2.

23 Quartò quia † continet liberationem doloſi
curatoris, Cephal. conſ. 187. nu. 26. Dec. in cap.
ex parte, nu. 30. extra de reſcr.

ſententię redditionis compoti curatię admini-
ſtratæ, & liquidationis, & reuiſionis, aduerſus
1 quam nō admictuntur † exceptiones peremp-
toriæ quæ erant natę ante ſententiam, ſed tan-
tum modificatiuæ, Bart.& Iaſ in l.1.C.de iur.
& facti ignor. Affl. deciſ.13.ſub num.28. Boer.
deciſ 43. Iacob. Machel. patroc.40.nu.7. Cap-
pel. Tholoſ deciſ.263. Caualc.deciſ 45.nu 64.
& deciſ.10 nu.19. Et cum dicta liquidatio fue-
rit facta in vntijs quatuor milli quingentis, &
ſex,exequutio vero in vntijs duabus mille tan-
tum non poſſet ita ſtrictè modificari,quin non
reſtet bona ſumma exequtionis.

2 Sed reus replicabat poſſe omnes † exceptio-
nes opponi, etiam impugnatiuas, cū in ſente-
tia fuerint reſeruatę proponendę in diſpuntio-
3 ne computorū, & reſeruatio † in ſentētia con-
ſeruat ius condemnati, Crauett. conſ.29.nu.8.
l.at ſi quis, §.pleriq;, ff. de relig.& ſumpt.fun.
l 3.§.1.ff quib. mod.pign.vel hipo.ſoluat, l 3.
§. penult. ff. de lib. hom. exhib.l. penult. ff.de
aqua quot.& eſti. Menocch.conſil.422.nu.32.
vol.5.Cephal.conſ.370.nu.60 Surd.deciſ.163.
nu.17. & deciſ.205.nu.13.& conſ 152. nu.29.
& conſil.180.nu.14 & conſ.205.nu.24. vol.2.
Ang. in l. ſi quis legauerit, ff. de leg. 1.& in l.
ſcripturas, nu.3. C. qui potior.in pignor.habē.
Becc.conſ.34. nu.23. Vince. de Franch.deciſ.
32.nu 14. Menocch. conſ.495.nu.35 vol.5. &
conſ.2.nu.57.vol 1. Crauett. conſ.144. nu.15.
& conſ.289.nu.3.Ruin.conſ 40.nu.7. & conſ.
99.nu.10.vol 1. Socc.Iun.conſil.134 num.86.
vol.3. Menocch.conſ.319 nu.22.& conſ.341.
nu.17.vol.4.Bur.conſ.264 nu.22.& conſ 304.
nu 48 vol.3. Crauett conſ.15. num.2. Cephal.
conſ.547.nu.5.vol.4.& conſil.441. num.99.&
conſ.370. nu.70. Becc.conſ.74.num.6. Hiero.
Gabr. conſ.155.nu.32.& conſil 66.nu.43.vol.
1. Gramm.deciſ 65.nu.5. Grat.conſil.139 nu.
20.vol. 1. Ruin.conſil.114.nu 11.vol.5. Bal.in
l. item labeo, ff.famil. hercſc.Ant.Cioff.conſ.
20 num.15.vol.2. Socc. Iun.conſ.67.num.19.
vol.1.Bal.conſ.100 lib.1.

Et ob id conuentus opponebat primo quod
minor nō habebat bona, atq; ita in poſſe cura-
toris nihil peruenire potuerit, vt ex lectura in-
uentarij apparet, in quo tātum erant deſcripta
4 iura, & actionis, inuentarium † namq; probat
bona extare, vel nō extare in hęreditate, Maſc.
vol 2.de probat.concl.939.nu.1. Bart. in l.ſci-
mus, §.licentia per illum tex.C.de iure delib.l.
fin.C.abbitr. tute. Bal.cōſ.4.in fin.vol.2. Alex.
conſ.125.num.5.lib.1. Dec.conſ.221.nu.9.&
conſ.209 col.1. Natt. conſ.162.nu.9. Iaſ.conſ.
55.in prin.lib 1. & in l. pacta nouiſſima, nu.5.
& 6.C.de pact. Rip.in l.ſi conſtante, nu.19.ff.
ſol. matr. Alciat.de pręſum. reg.3. pręſum.20.
Alex.& Aret.in l.in illa,col. penult ff.de verb.
obl. Olaſc. deciſ.61. nu.11. Corn.& Iaſ.in d.§.
licentia,vterquè,nu.1.Guid.Pap.quęſt.142.in
fin Burſat.conſ.304.nu.2.& 3.vol.3.

Sed replicabat actrix, quod erant bona hęre-
ditaria Ioannis patris adultæ, & Don Nicolai
Barone patrui minoris ab inteſtato mortui fini-
ta tutela,& à tutoribus † tenebatur curator pe- 5
tere rationem,& reliqua, l. à tutoribus, §. offi-
tium,l tutores, qui §.adoleſcens, & ibi gloſſ.&
l. emilius, ff.de adm. tut.

Et cū eo tēpore tutores dicerentur prompti
ad redditionem compoti,& habiles ad reliquo-
rum ſolutionem, reputātur ac † ſi fuiſſent exa- 6
cti, l. ſi vero, §. perueniſſe, ff. ſol. matr l. 2. §.
ſed,& ſi quid,ff.de hęred. verd.l.ſed, & ſi lege,
§. proinde, ff. de pet. hęred. gloſſ. l. dolus, ff.
mand. Menocch.lib.3.pręſum.58.nu.7. Maſc.
concl.1221.

7 Et † curator propter negligentiā in non exi-
gendo dicitur in lata culpa, & tenetur ad inte-
reſſe, l. periculum, ff. ſi cer. pet.l.debitoribus,
C.de adm.tut. Socc.conſ 2. circa med.& conſ.
273.col.3.vol.1. Surd. conſ.296. nū.30 vol 2.
l.ſi tutor conſtitutus,l chirograhus,ff.de.adm.
tut.l.tutores in fin.C.eod.l.quicquid, C. arbit.
tut. Bertacch.inreper.in verſ. tutor tenetur de
neglectis, Bart.in l.tutor qui repertoriū in fin.
ff.de adm.tut cap. licet Epiſcupus de pręb.lib.
6.cap. commiſſa de elect.lib.6.

8 Et non ſolum † curator propter negligentiā
in nō exigendo oportunis remedijs tenetur ad
debita nō exacta, ſed etiam ad dupplum,& in-
tereſſe, Decian. reſp 85. num.26. & 32.vol.2.
Imol. conſ.75. num 2. Roma. conſ.413.col.1.
Menocch. conſ.863. nu.13.vol.9.

9 Et da † omnia ea ad quæ poterant tutores te
neri, l.tutores, qui §.adoleſcens, l.emilius, vbi
gloſſ.& Alber.l.qui negotiationem, §. ex duo-
bus,ff.de adm.tut.l. pupillorum,C.eod.l. quic-
quid, C. arb tut l. 1. & 2 C.ſi tut.nō geſſ. Socc.
conſ.2. & conſ.63. lib.1 Pariſ. conſil.25. num.
44.vol.2.Plot.de in litem iura, num.216.l fru-
ſtra, C. de adm. tut.

10 Et dicitur † curator eſſe in dolo non exigen-
do iuditialiter, vel ſaltim, nō petendo extraiu-
ditialiter,l.dolus,ff.mand gloſſ.l.emilius,ff.de
adm.tut.l.2.& l. quicquid.C.arb tut. Socc.cōſ.
2.vol.1. Plot.de in lit. iuran num.215. & 216.
Surd. conſ.296. nu.12.vol.2. Caualc. deciſ.39.
nu.33.Fanut.de iure iura.par.2.nu.29.Sarafin.
de priuil. iura.31. priuil. nu.53. & 58. Cephal.
conſ.341. nu.10. vol.3. Menocch. pręſum.55.
nu.10.lib.3. Alex.conſ.103 col.2.vol.1.Maſc.
cōcl.531.nu.24. Decian. reſp 85.nu.23.vol.5.

11 Et † tenebatur conatū, & diligentiā in actis
demoſtrare,& probare,Caualc.deciſ.39.par.1.
Decian.reſp.79 nu.12. Plot. de in litē iura nu.
196. Caualcc.de tut.nu.202. Serafin. de priuil.
iura.31. priuil.nu.53.& 58. Cephal. conſ 341.
nu.10.& cōſ.405.col.1.Maluaſ.cōſ.113.nu.16.

Duppli-

Dupplicabat conuentus exceptionem, quod
12 † negligentia curatoris nõ obeſſe potuit adultę
cũ finita tutela, & cura potuerat à Ioanne Mattheo
conti contutore petere rationẽ. l. quoties,
§. nequaquam verſ. ſi dies, ff. de adm tut. l. tutores,
§. adoleſcens, l. cum poſt mortem, ff. eod.
l. ſi tutor, §. ſi de teſtamento, verſ. quinimo, ff.
de tutel. & rat. diſtrah.

Neq; curator dicitur eſſe in dolo, vel culpa,
cum non probetur quid minimũ perueniſſe in
13 eius poſſe, & ſuis † expenſis nõ tenebatur exigere,
neq; etiã inuentariũ facere, Anchar. Iun.
quæſt. 61. nu. 4. par. 2. Caualc. de tutor, nu. 62.

Et legitur requiſiuiſſe matrẽ adultæ, vt aſſignares
ſcripturas, & pecuniã, quia erat promptus
facere omnia poſſibilia, quò redditur alienus
ab omni dolo, & culpa, demoſtrando bonã
14 † voluntatem, & impotentiam, arg. a cõtrario
ſenſu, l. ſi procuratorem, §. dolo, ff. mand. l. §.
eſt autem apud, ff. de poſ. l. dolo, ff. ad l. falcid.

Quinimo ſuis expenſis iuit ad Ciuitatem Caſtri
noui pro hæreditate prętenſa illius Dõ Ni-
16 colai Barone cũ † tutori, vel curatori eunti extra
Ciuitatem fit facienda expenſa de pecunijs
pupilli, Bari. in l. à tutoribus, §. fin. ff. de adm.
tut. Damoder. de patroc. pupil. tit. de tut. aut
curat. mercede, nu. 15. Surd. de alime. quęſt 47.
num. 8. tit. 1. l. 1. §. ſi pupillus, ff. de eutor. & rat.
deſtrah. Bart. in l. athletæ, §. tutela, ff. de eccuſ.
tut. Caualcc. de tut. & cur. num. 310. Aret. in §.
actionum, num 44. indiſt. de actio. Guid. Papa
quæſt. 68. Anchar. Iun. quæſt 61. num 7. lib. 2.
Cordub. in l. ſi quis à liberis, §. ſi mater, nu. 73.
ff. de lib. agnoſc. Carrocc. de loca. & cõd. par. 1.
tit. de adm. tut. nu. 14. Bal conſ. 256 vol. 3.

16 Et † hæredes tutoris, vel curatoris tenentur
de dolo, & lata culpa demum lite conteſtata cũ
defuncto, vel quando fuiſſent effecti locupletiores,
Bart. & Bald. in l. 1. C. de hæred. tut. vel
curat. l. cum oſtendimus in prin. ff. de fideiuſſ.
tut. l. non ſimiliter, ff. de magiſt. non conuenie.
Ang. conſ. 308. in fin.

Secundò opponebat cõuentus de tribus quictantijs,
prima facta fuit a dicta Margarita facta
iam maiore eius tutori Sigiſmundo Baroni, ſeu
hęredibus eius, ſecunda fuit facta poſſeſſoribus
bonorum D. Nicolai Barone eius patrui, tertia
fuit facta ipſimet curatori de bona moneta, &
17 quictatio † facta ex cõtutoribus alijs prodeſt cũ
adminiſtratio non fuerit diuiſa a teſtatore vel
à Iudice, & eorum interſit liberari, l. pupillus
vbi gloſſ. & l. qui plures, ff. de adm. tut. Cyn.
Fulgoſ. Alex. & Curt. Sen. in l. 1. C. de tranſact.
Cuma. conſ. 24. in fin. Surd. conſ. 170. nu. 30. &
33. vol. 3. Bar. in l. ex duobus quęſt 6. ff. de duobus
reis, Paul. de Caſtr. conſil. 458. col. 1. vol. 1.
Burſa. conſil. 451. num. 4. vol. 4. Lancell. Gall.
conſil. 111. circa fin. Sebaſt. Medic. de acceptilat.
quęſt. 5. num. 2.

18 Replicabat actrix primo quòd ratione † doloſæ
adminiſtrationis tutor, vel curator nõ poteſt
dici legitimę liberatus in generali quictantia,
nec circa reſtitutionem reliquorũ, Anchr.
conſ. 330. Paul. de Caſtr. conſ. 107. vol. 1. Auall.
conſ. 49. vol. 1. Pedam. deciſ. 58. Menoch. conſ.
22. nu. 9. & de arbit. iud. lib. 2. caſ. 209. Cephal.
conſ. 678. nu. 42. Caualc. de tut. & cur. nu. 203.
& deciſ. 38. nu. 16. Rimin. Iun. conſ. 338. vol. 3.
l. aurelius, §. caius, ff. de lib. lega. l. qui plures,
ff. de adm. tut. Couarr. lib. 2. var. reſol. cap. 14.
Ant. a ſola in conſt Pedam. tit. de minor. & rat.
diſtrah. par. 1. gloſſ. 1. nu. 2.

Sed reſpondebat reus, quòd quictantia fuit
de omnibus facta verbis vniuerſalibus geminatis,
& pręgnantibus etiam per Antoniũ Gurrerium
procuratorum M. C. virum dictę Mar-
19 garitæ, & cum eſſet † triplicata demoſtrat enixam
voluntatem liberantis, Bart. in l. baliſta, ff.
ad trabell. Iaſ. in l. cum filio familias, num. 65.
ff. de leg. 1. Crauett. conſ. vlt. nu 6. vol. 2. Pariſ.
conſ. 50. nu. 15. vol. 4. Natt conſ. 110 nu. 4. & 5.
Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 6. nu. 9. &
10. Decian. conſ. 3. nu. 18. vol. 2.

Secundò replicabat actrix, quòd quictantia
facta curatori de bona moneta eſt ſuſpecta de
20 falſo, prima ex eo quod appareat ſcripta † in
carta de recenti, cũ tractetur de ſcriptura vltra
annos triginta duos, Maſcar. concl. 740. nu. 16.
Crauett. conſ. 28. nu. 3. & conſ. 134. nu. 36. Bal.
conſ. 37. nu. 6. lib. 1. & in l. ſcripturæ circa medium,
C. de fideinſtr. Paul. de Caſtr. conſil. 282.
nu. 3. vol 1. Menocc. lib 2. de arb. iud. caſ. 187.
num. 38. Curt. Iun conſil. 51. circa finem, cap.
inter dilectos extra de fideinſtr. Surd. conſil.
173. num. 7. vol. 2.

21 Secundò quia † tempore vſus dictę quictantię
teſtes inſtrumẽtarij reperiuntur mortui maximè
cum nõ fuerint nimis ſenes, Maſc. concl.
740. nu. 8. & 9. Alex. conſ. 17. ſub num. 2. vol. 1.
Crauett. conſ. 28. nu. 7. & conſ. 249 nu. 8. Pariſ.
conſ. 27. nu. 24. vol. 2. Barba. conſ. 43. nu. 3. vol.
1. Corn. conſ. 226. ſub nu. 4. vol. 3. & conſil. 70.
ſub nu. 3. vol. 4. Menocch. lib. 5. pręſum. 20. nu.
7. Curt. Sen. conſ. 56. circa fin. Neuizz. conſ. 8.
nu. 62. & conſ. 27. nu. 15. Menocch. conſ. 199.
nu. 13. vol. 2. & conſil. 807. nu. 12. vol. 9. Oſaſc.
deciſ. 117. nu. 10. Decian. reſp. 81. nu 47. vol. 5.

22 Tertiò quia † nõ apparent minuta, nec protocollus,
& regiſtrum eſt ſine alphabeto cõtra
inſolitum modum, & ſtilum Notariorũ, Maſc.
concl. 740. num. 38. Crauett. conſil. 28. num. 5.
Cephal. conſil. 187. nu. 26. Socc. Iun. conſ. pen.
nu. 56. vol. 2. Menocch. conſ. 807. nu. 17. vol 9.
& lib. 5. pręſu. 20. nu. 16. & lib. 2. de arbitr. iud.
caſ. 187. nu. 45. Surd. conſ. 173. nu. 25. vol. 2.

23 Quartò quia † continet liberationem doloſi
curatoris, Cephal. conſ. 187. nu. 26. Dec. in cap.
ex parte, nu. 30. extra de reſcr.

Quintò

24 Quintò quia † pars fuit aliàs infamata de fal-
ſo, Maſc.d.concl 740.nu.26.& 29. Anan.conſ.
39.nu.2. Crauett.conſ.134.nu.34. Oſaſc.deciſ.
117.nu.11. Pariſ. conſ.54.nu.3.vol.4. Boſſ.tit.
de falſ.nu.7 & 8. Menocch.conſ.996.nu.4.vol.
10. & conſ.870. num.6.vol 9.& lib. 5. pręſum.
20.nu.77. Paul.de Caſtr. in l.pen. num.2.C.de
probat. Ruin.conſil.35.num.10.vol.4. Caſſan.
conſ 63.nu.31. Crauett. conſil.862.nu.6.circa
fin. Decian.conſil.100.num.44.vol.2. Peregr.
conſ.92. ſub nu.25.vol.1.

Sed reſpondebat reus, quòd à Magna Curia
criminali cauſa cognita fuit liberatus, & accu-
ſata actrix de infamia, & aderant plures præ-
ſumptiones veritatis dictorum inſtrumentorũ
25 fortiores maximè cõiunctio perſonarũ, Alciat.
de pręſum.reg.1. pręſum.32. num.1. Socc.in l.
cum quid, lim.2. ff.ſi cer. pet. Surd. conſil.72.
nu.36. Mantica de coniect.vlt. vol. lib.12.tit.
17 nu.7.l. diuus.ff. de reſt.in integr.

Quapropter M. C. Ciuilis confirmauit ſen-
tentiam primi iuditij in menſe Auguſti 1600.

A R G V M E N T V M.

Quando tutoris bona dicantur hypotecata,
& alia circa materiam?

S V M M A R I V M.

*Tutoris bona ſunt tacitè hypotecata pupillo pro admi-
niſtratione bonorum, rationum reddisione, & reli-
quatus reſtitutione, nu.1.*

*Diſcuſſio non requiritur in cauſa ſummaria, nu.2. nec
quando conſtat principalem notoriè non eſſe ſoluen-
do, num.3.*

*Hypoteca tacita mulieris pro dote præfertur omnibus
alijs creditoribus, nu.4.*

*Emptori datur exceptio, & retentio, de cuius pecunia
fuerit facta ſolutio antiquiori creditori, & inſolu-
tu ne nil fuerit dictum de ſubintrantia, nu.5.*

*Actio datur emptori de cuius pecunia fuit creditum
antiquius ſatis factum quatuor cõcurrentibus, nu.6.*

*Dos vera, vel confeſſata elapſo tempore exceptionis
non numeratæ pecuniæ habet priuilegium anterio-
ritatis circa hypotecam, nu.7.*

*Hæres matris non poteſt contrauenire facto eius etiam
confecto inuentario, nu 8.*

*Hæres non poteſt contrauenire facto defuncti, etiam
quòd defunctus non tenebatur de euitione, nu.9.*

*Hæres non poteſt contrauenire facto defuncti, etiam
quod verit bona relaxare, nu.10.*

*Hæres poteſt contrauenire facto defuncti conſentientis
alienationi, ſed non alienatis, nu.11.*

*Renuntiatio operatur, vt renuntians ab omni iure ex-
cludatur, num.12.*

*Renuntiatio generalis non trahitur ad ius cõpetens ex
cauſa de futuro, nu.13 extenditur, nu.15.*

*Verbum cõpetiturus in renuntiatione intelligitur, tàm
re, quàm ſpe ex cauſa tamen de præſenti, nu. 14.*

Sententia non afficit non citatos, nu. 16.

*Citatio poſſeſſorum bonorum tutoris non eſt neceſſaria
in iuditio redditionis compoti tutele, nu.17.*

*Actio hypotecaria excluditur ſpatio viginti anno-
rum, num. 18.*

*Magna Regia Curia ſemper odit præſcriptiones, vti
mater veritatis, nu. 20.*

*Reſtitutio in integrum conceditur maioribus ex capite
ignorantiæ aduerſus præſcriptiones longiſſime tem-
poris, num.20.*

D E C I S I O. XXVIII.

DON Georgius Caluixanus habens
ius, & cauſam ab hęredibus condã
Gerardi li Colonni egit iuditio hy
potecario pro credito vnciarũ du-
centarum viginti vnius, & tarenorum nouem
contra V. I. D. Franciſcum Graffeo poſſeſſo-
rem cuiuſdam loci in cõtrata Sichiarię, & con-
tra Vincẽtium, & Olympiam Platamone poſ-
ſeſſores cuiuſdam tenimenti domorum in con-
trata Sanctæ Mariæ de Cancellerio, dicto cre-
dito deſcendente ex adminiſtratione tutelæ fi-
liorũ dicti Gerardi per Eumiliam matrẽ, cuius
erant dicta prędia pro qua fuit cõdemnata red-
dere compotum cum reſtitutione reliquorum,
& facta liquidatione ad ſummam prędictam
Anno 1556.

1 Bona † enim tutoris ſunt tacitè hypotecata
pupillo pro adminiſtratione bonorũ, rationum
redditione, & reliquatus reſtitutione, gloſſ. l.
dabimus, §.1. ff.de priuil.credit.gloſſ.fin.l.pro
offitio, C.de adm.tut.quam Bal.ibi dixit ſingu-
larem, Fan. de pignor.4. memb.2. par. 2.nu.7.
Surd.de alim. tit.9. quęſt 44. nu.5.& 6. vbi te-
ſtatur com.opin. & cõl. 7.nu.16.vol.1. Cauale.
de tut.& curat.num.225. Menocch. conſ 851.
nu.46. vol.9. Et nõ requiritur diſcuſſio princi-
2 palium, Tum quia in cauſa proceditur † ſum-
mariè, & de plano ſola facti veritate inſpecta,
Bart.in extrauag ad reprimẽdum in verſ. ſum-
marię, Bertacch.in reper.in verſ.diſcuſſio verſ.
14.circa med. Carrocc. in tract. de diſcuſſ. fol.
18.Iaſ.in l.ſi conſtante, nu.20. ff.ſoluto matr.
Dec.conſil.27.col. fin. Blanc. de compromiſſ.
quęſt.1.nu.47. Aret.in §. item ſi quis col. pen.
inſtit.de actio. Marſil.in rubr.de fideiuſſ.col.2.
Roma.conſ.430.col.1. Alex.conſ.114 col.fin.
vol.6. Aret. conſil.126. Socc.conſil.24.col fin.
vol.1. Bapt.de S. Blaſ. in tract.de arbitr. quęſt.
3 60 Cephal. conſil.86.nu.16.vol.1. Tum quia †
notoriè conſtat hęreditatem eumiliæ non eſſe
ſoluendo, Menocch. conſ.662. num.10.vol.7.
Bart.in l.decem, ff. de verb.obl Pratt.papienſ.
in forma libell. in act. hypo. verſ. exceptio ex-
cuſſionis, nu.5. Iaſ.in §. itẽ ſi quis, nu.68. inſtit
de act. Duen.reg.335.limit.17. Affl.deciſ.318.
nu.3.

no.3. Pariſ.conſ. 50.nu.47.vol.2.Grat.conſ.37.
col.1.vol.1.Burſa.conſil.48.nu.10.vol.1. Ant.
Gabr.lib.3.concl.tit. de fideiuſſ. cõcl. 1.nu.53.
vbi teſtatur com. opi. Simoncell.de decret.lib.
2.tit.1.nu.47. Decian.reſp.39 nu.120.vol.2.
Rei excipiebãt primo quòd dicta prędia fue-
runt vendita, & de eorum prętio ſatisfactũ cre-
dito Margaritę matris actoris pro dotibus ſuis,
4 & † hypoteca tacita mulieris pro dote præfer-
tur omnibus alijs creditoribus hypotecam ha-
bentibus, Bal. Nouell.de dote par.8.priuil.38.
nu.1.l.fin.C.qui pot. in pigno.hab.§.fuerat in-
ſtit. de actio. Campeg. de dote par.1. quęſt.80.
nu.6.verſ.ſecũdo. Conſta. Roger.in tract. eiuſ-
dem tit.rub.dotal.conſtit.nu.55. Vinc. Paleot.
in tract. eiuſdem tit.num.91. Rebuff.de priuil.
ſchol.118. priuil. nu.1. Horat. Lutius in tract.
eiuſdem tit. 34. priuil. circa fin. Baptiſta de S.
Blaſ.in tract. de dote cent.1. num.20. & 68. &
cent.2. num.18.
Etiã quòd Eumilia ſoluens de pecunia emp-
torum nihil dixiſſet de ſubintrantia, quia nihi-
5 lominus emptoribus † daretur exceptio, & re-
6 tentio, licet nõ daretur † actio, niſi quatuor in-
teruenientibus, de quibus per gloſſ.l.1.C. de his
qui in prior. cred. loco Succ. gloſſ. l. ariſto, ff.
quæ res pign.obl. poſſ.quam rafert, & ſequitur
doctiſſ. Aponte cõſ 87.nu 4. Vinc. de Franch.
deciſ.97 nu.1 2. & 4. & deciſ.134 nu.4. par.1.
Cepol.caut.132. Rip.in l.ſenatus conſulto, nu.
23.ff.in quib.caſ.pign.tac. contrah.& in l.priui
legia, nu.32.verſ.9.fallit, ff.de priuil.cred. Fan.
de pignor.par.5.prin.2.mẽb ver. ſecũdo fallit,
Couarr.lib.1.var.reſol.cap.7.col.3.verſ. pręter
hæc, Corn.conſ.245.nu.13.vol.1. gloſſ.l. cum
prior, ff.de diſtr.pignor Mangon.deciſ.floren.
59.nu.3. Benintend. deciſ. 50.
Sed replicabat actor, quod nõ apparet de nu-
7 meratione, neq; confeſſione † dotis quò fit vt
ceſſet priuilegiũ anterioritatis, Bal. Nouell.de
priuil.dot.par.10.in prin.num.11. Campeg.in
tract. eiuſdem tit. par.1. quęſt 93.nu.1. gloſſ.l.
aſſiduis, C. qui potior in pignor. habe.
Secundò excipiebant rei, quòd prędia prędi-
cta fuerunt vendita ab Eumilia, Margarita ma-
tre actoris conſentiente, & ſibi prętudicante in
omnibus actionibus, & iuribus competentibus,
& competituris cum iuramẽto, quò fit vt actor
8 hęres matris non poſſet cõtrauenire † facto ip-
ſius etiam confecto inuentario, l. cum à matre,
C.de rei vend. Vinc. de Franch. deciſ.133. nu.
17.lib.1. Imol. in cap. ex parte, col.9. extra de
feud. Peregr. de fideicom.art. 32.nu.25. & art.
33. ſub num.13. Honded. conſ.3.nu.53. lib.1.
Craſſ.in §.hęreditas, quęſt.12.nu.20.verſ. quę-
re etiã, Bhanunt. de Fauut. in tract. de inuent.
par.6.nu.6. Arius Pinell. in l.1.par.3 num.81.
ver.amplia 7.C.de bon. mater. Pute.deciſ.264.
lib.3. Burſa conſ.4.nu.31.vol.1. Hiero. Gabr.
conſ.125.nu.11.vol.1. Dec.in l.debitori, num.
20.C.de pact.Lanar.conſ.66.vol 1. vbi teſtatur
com concluſionem, Burſ. conſ.3.nu.31.vol.1.
Ioſeph. Ludou. concl.1. tit. de hæred. illat.82.
verſ ſub ampliatur primo, Aponte conſ.33.ſub
nu.3. Veggius conſil.30 nu 8. Ac etiam quod
9 † defunctus non teneretur de euictione, Ant.
Gabr.lib.6.concl. tit.de reg. iur. concl.11. ſub
nu.5.vbi teſtatur com.opin. Fulgoſ conſil.67.
col.2. Tiraqu.de retr. ſangu.§.1.gloſſ.9.nu.47.
Arius Pinell. in l.1. par.3. nu.81. ampl.2. C. de
bon. mater. Burſa. conſ.3.nu.42.vol.1. Ioſeph
Ludou.d. illat.82.ampl.10. Ac etiam quod ha-
10 bens tãtumdem in † bonis voluerit dicta bona
relaxare, Vinc.de Franch.deciſ.355. ſub nu.7.
lib.2.& deciſ 153.nu.17. lib.1.
Sed re vera hæc exceptio eſt falſa, cum hęres
11 poſſet cõtrauenire facto defuncti, qui † nõ alie-
naſſet (vt hic) ſed alienationi dumtaxat cõſen-
tiſſet, Surd.conſ 15.nu.30.vol.1. Iaſ.in l.quo-
ties, nu.2. verſ. ſecundo limita, C.de fideicom.
vbi ait eſſe dictum quotidianũ, & digito ligan-
dum, Tiraqu.de retr. ſangu.§.1.gloſſ.9. nu.94.
in fin. Bal.in cap.1.§ hoc quoque, num.20. de
ſucceſſ.feud. Surd conſil.91 num.40.& conſil.
104. num.40.vol.1.
Propterea confugiebant rei ad excluſionem
virtute renuntiationis vniuerſalis, & geminatę
factę a Margarita matre actoris quę deberet ip-
12 ſam renuntiantem, & ius & cauſam ab eo † ha-
bentem repellere, Surd. deciſ.231. num.13. &
deciſ.163.nu.2.& deciſ.51.nu.11.& deciſ.106.
num.19.l.ex pluribus, ff.de acceptil. Salic in l.
age, C.de tranſact. Alex.conſ.11.nu.7 vol 2.&
conſ.42. num.8.vol.1. Capic. deciſ.88. num.5.
Oſaſc. deciſ 91.nu.18. Iaſ.in l.1. num.98. C.de
iure emph. Abb. conſ.81.num.44 vol.1. Crot.
conſil.84.nu.10. vol.1 Decian. reſp.39.nu.51.
vol.2. Ant. Gabr. lib 6. concl. tit. de reg. iur.
concl.4. num.5.
Sed actor replicabat, ꝙ & ſi renuntiatio fue-
rit ſatis pręgnans, tamen nõ trahitur ad ius cõ-
13 potens † renuntianti ex cauſa de futuro (prout
cõtingit Margaritæ poſt mortem Claudię eius
ſororis) quòd non competebat, nec re, nec ſpè
tempore renuntiationis, Bart. in l.1.C.de pact.
Surd.conſ.15.num.28.& conſ.113.num.34.&
conſ.267.nu.20.verſ.poſtremo, Siluan. conſil.
49.nu.47. & conſ.50. nu 12. Menocch. conſil.
401.nu.102. Peregr.de fideicom.art 52.nu.24.
& 33.Hiero.Gabr. conſ.89.nu.11.& conſ.156.
nu.15. Decian. reſp.3.num.123 vol.1. & reſp.
39.nu 64.vol.3.Marſcar.concl.1264. num.17.
vol.3.de probat. Apeira de fideicom. quęſt.14.
num.8.Socc.in l.1.§.veteres, col.1.ff.de acqui.
poſſ.Curt. Iun.conſ.101.num.7.verſ. ſecundo
principaliter.
14 Et dicta † verba competituris intelliguntur,
tàm re, quam ſpè ex cauſa tamen de pręſenti,

Surd.conſ.15.nu. 28. Maſc.d. concl. 1264. nu.
23. Bart.in l.ſi vxor,§.diuus,ff.ad l.iul.de adul.
Gigans conſ.70.nu.137. Marſil.conſ.96.num.
32. Dec. conſ.352,col. pen.

15 Etiam quod † renuntiatio fuiſſet iurata,quia
non trahitur ad ius futurum ſuperueniens poſt
renuntiationem, meus Abb. in cap.2.in 2.not.
extra de renunt. Natt. in cap. quamuis col. 2.
nu.13. de pact. lib.6. Anchar. Iun.lib.2. queſt.
8. num. 14. Surd. conſil. 70. num.7. Maſcard.
concl. 1264. num 18. Oſaſc. deciſ. 75. num.5.
Butr. in cap. cum contingat extra de iure iur.
Bart. in l. ſi vxor, §. diuus, ff. de adult. & in l.
qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verb.obl.& in
l. poſt emancipationem, ff. de lib. leg. & in l.
quod ſeruius, ff. de lib. lega.& in l. qui cum tu-
toribus, ff. de tranſact. Bal. in l. ſpem, C. de
donat.& in l. pactũ,col.3.C.de collat. Anchar.
in clem. literas de reſcr.

Tertiò excipiebant rei, quod in proceſſu, &
ſententia cõdemnatoria à qua creditum perue-
nit nõ fuerunt citati poſſeſſores dictorum præ-
16 diorum, quò fit vt eis † nullum pręiuditiũ illa-
tum fuerit, l.vlt.ff.de re iud. l.ſi cui, §. ijſdem,
ff. de accuſ. l. Modeſtinus, ff. de except.l.1. ff.
de except. rei iud. l.2. C. de fideinſtr.l.1. C.res
inter alios acta cap. cum ſuper, & cap. penult.
extra de re iud.cap. inter dilectos extra de fide-
inſt.l.nam ita diuus, ff. de adopt.l.vlt C.ſi per
vim, vel alio modo,cap. latet quatuor extra de
maior. & obed. cap. cum ex literis extra de in
integr.reſt. Clem.paſtoralis de re iud.quæ ferè
omnia allegat meus Abb. cõſ.68.col.vlt vol.2.

Sed replicabat actor,non fuiſſe neceſſarium
17 citari † poſſeſſores prędiorũ in illo iuditio red-
ditionis compoti tutelæ quorum ſecũdario in-
tereſſe tangebatur,ſed ſuffeciſſet fuiſſe citatam
principalem, gloſſ.l.de vno quoq;,ff.de re iud.
l.ex contractu, ff.de re iud.l.ſi patrem, §.vlt ff.
ad trebell. groſſ.2.cap.2.de pact. lib 6.l.1.§.de-
nuntiari,in tex.ibi primo gradu hęrede inſtitu-
to, non etiam ſubſtituto,ff.de ven.in ſpec.Bar.
in l.diẽ, ff.de aqu. pluu. arc. Bal.in l.ab eo, col.
vlt.C. quomo.& quando iudex, Ang.in l.filius
familias, §. diuo, ff. de leg.1. & in l. cum filius
familias, nu.6.ff.de verb.oblig. Aponte conſil.
75. num.2.& 16.vol.1. Dec. conſ.367.col.fin.
Alex. conſ.123.col.3.vol.1. Ang.in l.in cogni-
tione, ff. ad ſilleian.

Quartò excipiebant rei de pręſcriptione vi-
18 ginti annorum, quo tempore † excluditur hy-
potecaria, l. an vitium in fin. & l. creditor, ff.
de diuerſ. & tempor. præſcr.l. 1. & l. 2. C. ſi
aduer. cred. opp. præſcr. gloſſ.l. ſi obligata,C.
de eiuct. gloſſ. l. cum notiſſimi, C. de præſcr.
30. ann. gloſſ. & Bart. in l. 1.§. cum prædium,
ff de pignor. gloſſ. in verſ. nihil, §. item ſeruia-
na inſtit. de act. Tiraquell. de pręſcr.§. 1. gloſſ.
7.in prin. vbi ait ita tenere recentiores.

Sed replicabat actor, quòd cauſa vertitur in
19 M. R. C. quæ vti mater † veritatis, & æquita-
tis ſemper odit pręſcriptiones, ex Pariſ. conſil.
101.nu.88. vol.1. Felin. in rub.de pręſcr.col.1.
gloſſ. §. habeat auth. vt Eccl. Roma. Ang.in l.
ſequitur, §.ſi viam, ff.de vſucap. Crauett.conſ.
201.num.37.& 38. Bal. in l.1. C. de pręſcr.30.
ann.Bar.in l.legaui,ff.de lib.lega.Felin.in cap.
ex parte el 2. in prin. nu.2. extra de off. delega.
Et aduerſus eas etiam perpetuas,ſeu longiſſimi
20 temporis ex capite † ignorantiæ ſolet concedi
reſtitutio in integrum maioribus, Sforz. Odd.
de reſt. in integr. quęſt.90.nu.18.circa fin. vbi
teſtatur hanc opinionẽ eſſe cõmunem, & ma-
gis in praxi obſeruatam, Rebuff.in tract.eiuſdẽ
tit.gloſſ. 1.art.1.nu.26. Menoch. conſ.231.nu.
48. vol.3. vbi ait hanc eſſe magis comm. opin.
21 Balb. in tract. pręſcr.4. par.4. partic. quęſt.29.
nu.4. Honded. conſil.83.nu.19. & 66.in fin.&
conſ 84.nu.6.vol.1. Auall.conſ.68.vol.3.

Quapropter Magna Curia declarauit prędia
hypotecata.

ARGVMENTVM.

Quando actor reici debeat à limine iuditij.

SVMMARIVM.

Exceptio carentiæ actionis impedit proceſſum, nu. 1.
Bona dicuntur confiſcata ex crimine læſæ Maeſtatis, num.3.
Feuda antiqua excluſis omnibus deſcendentibus, & agnatis commictentis crimen læſæ Maeſtatis confiſcantur, nu.4.
Reus læſæ Maeſtatis aliquando reſtituitur gratioſis imperialibus reſcriptis ad priſtinam habilitatem, & famam, nu.5.
Exceptio quò ad te liberas ædes habeo eſt litis finite, num.6.

DECISIO. XXVIIII.

REgius Fiſcus prætendens intentare
publicianam, ſeu reiuendicationem
feudorum Ganzariæ poſſeſſorum
N. N. miſerunt ad effectum, quod
non audiatur præcipuè ex carentia actionis,
1 quæ exceptio vti † præiuditialis impedit pro-
ceſsũ donec de ea cognoſcatur, Mara. in ſpec.
par.4. diſtin.20. num. 14. Bart. in l. ſi titius,&
ſeius, ff. de verb.obl. Bal. in l. Papinianus, §.ſi
quis impubes, ff. de inoff. teſtam. gloſſ. l. vbi
pactum, C. de tranſact.
2 Quia licet † N. N. fuerint declarati
3 atquè ita omnia eorum bona fuerint † confi-
ſcata, Clar. in §. læſæ Maeſtatis verſ. prætena,
gloſſ. in verſ. fiſco auth.bona damnatorum, C.
de bon. proſc. Cepoll. conſ, crim. 17.in 4.dub.

Etiam

4 Etiã † feudalia antiquã, ſeu paterna excluſis omnibus deſcendentibus, & agnatis ipſorũ delinquentium, cap. 1. §. fin. quæ fuit prima cauſa benefit. amitt. cap. 1. in fin. ah ille qui interfec. frat. dom. gloſſ. cap. 6. §. fin. de pace iur. fir. Bal. in cap. 1. §. aut. ſi libellario quibus mod. feud. amm. & in cap. 1. §. ſi vaſſallus culpam, num. 2. verſ. vel die, & melius ſi de feud. fuer. contro. interdom. & agn. vaſſall. Bart. in l. eum qui ſub nu. 1. ff. de interd. & releg. Menocch. conſ. 99. nu. 129. vol. 1. Cum. in cap. ſi aliquem in verſ. mortis, nu. 59. vbi teſtatur hanc eſſe veram, & comm. opin. Curt. Iun. in tract. de feud. part. 5. concl. 1. vbi fatetur hanc eſſe com. cõcluſionẽ, Grat. conſ. 2. nu. 15. lib. 1. Ioan. de Anan. conſ. 32. nu. 5. Dec. conſ. 544. nu. 30. Gozzad. conſil. 84. nu. 3. Zaſ. in tract. de feud. part. 10. de feud. ammiſſ. num. 101. circa med. vbi ait com. opin. Laur. Siluan. in tract. de feudi recogn. quęſt. 27. ſub nu. 41. à Roſenthal. in ſinopſi feud. cap. 11. concl. 4. vbi in add. in litera B. teſtatur hãc eſſe comm. opin. Farin. quæſt. 25. num. 78. vbi dixit com. opin. Auall. conſ. 1. nu. 10. vol. 3. vbi etiam ait com. opin. & conſil. 15. num. 1. vol. 4. Pariſ. conſ. 21. num. 53. vol. 1. Hiero. Gabr. conſ. 172. ſub num. 40. vol. 1.

Tamen ex multis ſeruitijs fuerũt reſtituti ad priſtinam habilitatem, & capacitatem feudaliũ
5 imperialibus † reſcriptis gratioſis, pęnęq; corporalis, & famę indulta remiſſio, l. 2. & l. tutor, & l. fin. C. de ſent. paſſ. l. fin. C. de general. abol. gloſſ. l. 1. §. pen. ff. de poſtul.

Quo fit vt Dominus Rex concedens prędictam Baroniam incorporatã cuidam de Auguſtino, & dictus de Auguſtino prętio cõpetenti eã vendens dictis de Grauina habilitatis, eiuſq; poſſeſſionem, vtileq; dominium per conſtitutum transferens, credendũ eſſet nullum ius remanere regio hærario, & ſi ꝙ eſſet fuit translatum in hęredes dicti venditoris de Auguſtino, in tantum quod dicti de Grauina reſpectu fiſci
6 liberas ædes habent, Quæ quidẽ † exceptio eſt litis finitæ, Burſa. conſ. 173. nu. 83. lib. 2. l. loci corpus, §. competit, ff. ſi ſeru. vendic. Crauett. conſ. 182. nu. 8. & conſ. 195. nu. 7. Felin. in cap. ſuper his, num. 18. extra de accuſat. Milanenſ. deciſ. 8. ſub nu. 339. lib. 1.

Quapropter duo Iudices M.C. interloquuti ſunt quod fiſcus non audiatur, & alij duo quod conſultetur cum ſua Catholica Maeſtate.

ARGVMENTVM.

Vtrum legatum per maritaggio relictum conſequi poſſet ſequuto monacatu?

SVMMARIVM.

Exequutio non datur contra tertium, num. 1.

Donatarius omnium bonorum poſſet conueniri modo exequutiuo ex debito exequutiuo donantis, nu. 2.

Legatum relictum pro maritagio debetur ſequuto matrimonio ſpirituali, nu. 3. etiam tertiariæ, nu. 5.

Tertiaria non dicitur verè religioſa, nu. 4.

Conditio matrimonij ſpiritualis dicitur proteſtatiua, nu. 6. contra quod ſit cauſalis, vel mixta, nu. 8.

Conditio proteſtatiua non ſuſpendit quin currere habeat decennium exequutionis datum ex forma ritus, num. 7.

Præſcriptio non currit niſi à die purificatæ conditionis, num. 9.

Aquiliana ſtipulatio, & acceptatio ſolet tantum interponi, quando cum effectu fit generalis quictatio, & liberatio, nu. 10.

Verba generalia ſequentia ſunt reſtringenda ad rem expreſſam, & ſpecificatam principaliter, nu. 11.

DECISIO XXX.

ALlegabatur ex parte cõuenti, quòd exequutio cauſata ad inſtantiã ſororis Euſemiæ Bellacera in vntijs ducẽtis cõtra Alphonſum de Madrigal curatorem Dõ Caroli Bel-
1 lacera deberet retractari, primo quia contra † tertiũ nõ poteſt procedi via exequutiua, gloſſ. in verſ. ſequitur, l. 1. §. ſi hęres, ff. ad trebell. vbi Rip. nu. 2. Trigon. ſing. 121. Crauett. conſ. 592 nu. 95. Rebuff. de lit. oblig. art. 2. gloſſ. 1. nu. 63. Mara in ſpec. par. 6. tit. de exequut. ſent. nu. 32. Maſſa de forma camer. obl. 2. quæſt. 1. par. fol. 41. Duen. reg. 275. limit. 6.
2 Sed replicabatur quòd conuentus erat † donatarius omnium bonorũ, & cõtra eum poſſet procedi via exequutiua, Guid. Pap. quæſt. 105. circa med. Rip. in l. 1. §. ſi hęres, nu. 16. & 17. ad trebell. l. ſi maritus in 2. reſp. ff. de fundo dot. gloſſ. l. 2. ff. de hæred. vel act. vend.

Secundò quia legatum vntiarum ducentarũ pro quibus proceſſit exequutio fuit relictũ pro maritagio, & legataria non eſt nupta matrimonio carnali, ſed effecta fuit tertiaria ordinis Sã-
3 cti Franciſci, quò fit, vt licet † legatum relictũ pro maritaggio debeatur ſequuto matrimonio ſpirituali, Ant. Gabr. lib. 4. concl. tit. de lega. concl. 2. nu. 1. vbi teſtatur hanc opin. eſſe veriorem in ſpecto iuris rigore, Matheſil. ſing. 53. Crot. in l. nemo poteſt col. 16. ff. de lega. 1. Alex. conſ. 121. col. pen. vol. 2. Iaſ. in auth. ſi. qua mulier, col. 4. C. de ſacro ſan. eccl. Felin. & Dec. in cap. in pręſentia extra de probat. ille col. 18. iſte num. 3. Rip. in l. 1. nu. 62. ff. ſol. matr. Socc. Iun. conſ. 160. col. 3. vol. 2. Ruin. conſil. 68. col. fin. vol. 4. Decian. reſp. 5. vol. 3. Rimin. Iun. conſil. 85. lib. 1. Sforz. Odd. conſ. 19. num. 19. Petr. de Greg. in tract. de dote ſecundum parag. quæſt.
4 13. circa prin. Tamen † tertiaria nõ dicitur verè religioſa, Eugen. conſ. 26. num. 15. Bart. in l. ſemper,

ſemper, §. quibuſdam, num. 1. ff. de iure imm.
Bal in auth. niſi rogati, num. 26. C. ad trebell.
Ang. conſ. 197. col. 1. Alex. in l. cōmodiſſimè,
nu. 5. ff. de lib. & poſthu.

5 Sed replicabatur quòd † debetur dictum le-
gatum tertianæ, Ant. Gabr. in d. concl. 2. nu. 2.
Cauale. deciſ. 1. num. 10. lib. 3. Lancell. Polit. in
tract. de ſubſtitutionibus par. 6. num. 3. Capic.
deciſ. 115. num 9.

Tertiò quod ritus dat exequutionem paratã,
infra decennium, & poſt teſtamẽtum, & teſta-
toris mortem eſt elapſum longiſſimũ tempus,
6 quia † dicta cōditio adiecta legato ſaltim reſpe-
7 ctu matrimonij ſpiritualis eſt poteſtatiua, & †
currit tẽpus petendi à die mortis, Roma. conſ.
84. nu. 3. vbi Mandoſ. in additio, Bal. in l. 1. §.
qui ſub cōditione, ff. ſi quis omm. cauſa teſtam.
idem Bal. in l. eum qui, C. eodẽ, Felin. in cap. ex
tranſmiſſa, col. 1. extra de pręſer. Balb. in tract.
pręſcr. 4. par. 4. par princ. quęſt. 7. nu. 3. Tiraq.
de retr. lign §. 1. gloſſ. 10. num. 54. Menocch.
conſil. 201. nu. 95. vol. 3.

8 Sed replicabatur quòd non eſt merè † pote-
ſtatiua, ſed caſualis, vel. mixta cum dependeat
etiam a poteſtate monaſterij, quòd hodie non
ſolet recipere mulieres abſq; aliquali dote, &
Dei in ſperatione ſine cuius gratia nō dominan
9 tur humanæ paſſiones, quò fit vt † pręſcriptio
currere non incipiat, niſi à die piriſicatæ con-
ditionis, Cum. ſuper ritu 102. nu 8. l. vlt. §. ſin
autem, C. com. delega. Bal. conſ. 351. vol. 3. Bar.
in l. cui legetur in fin. prin. ff. de deleg. 1. Bal. in
l id quod pauperibus, col. 3. C. de epſc. & cler.
& in l 1. quęſt. 12. C. de his quæ pænæ nom. &
in rub. C. de contrah. empt. quæſt. 23. Tiraqu.
de retr. ſangu. §. 1. gloſſ. 10. nu. 47.

Quartò quia tranſactione videtur remiſſum
pręductum legatum verbis vniuerſalibus occa-
ſione ſumpta principalis remiſſionis dotiũ de
paraggio tanto fortius interueniente aquiliana
10 ſtipulatione, & acceptilatione, quæ † ſolet tan-
tum interponi quãdo fit cum effectu generalis
quictatio, & liberatio, Crot. conſil. 335. nu. 18.
vol. 3. Socc. Iun. conſ. 40. nu. 7. vol. 3. Bart. in l.
pluribus, ff. de acceptil. Alex. conſ. 42. nu 8. lib.
1. & conſ. 11. nu 7. lib. 2. & conſ. 68. nu. 6. lib. 5.
Natt. conſil. 102. num. 1. lib. 1. Crot. conſ. 192.
num. 8. vol. 2. Cephal. conſil. 39. num. 24. lib. 1.
Rimin. Iun. conſil. 343. nu. 19. vol. 3. Honded.
conſ. 49. nu. 9 & 10. lib. 1.

Sed replicabatur principale intẽtum tranſi-
gentium fuiſſe, remiſſas habere dotes de parag-
11 gio, & verba † ſequentia generalia, & larga eſſe
reſtringẽda ad rem expreſſam, & ſpecificatam
Principaliter, Bal. Paul. de Caſtr. Alex. & Iaſ. in
l. ſi da certa, vbi etiã Bert. nu. 1. & Salic. nu. 2. C.
de tranſact. meus Abb. Anchar. Imol. & Burt.
in cap. 1. extra eod. Corn. conſ. 144. nu. 11. vol.
3. Alex. conſ. 11. col. 2. vol. 2.

Sed maior' pars Magnæ Curiæ deciſit exe-
quutionem retractari.

ARGVMENTVM.

Quando admictatur exceptio cōpenſationis?

SVMMARIVM.

*Exceptio compenſationis admictitur etiam ſtante ſta-
tuto reiciente omnes exceptiones, nu. 1.*
Compenſatio extinguit actionem ipſo iure, nu. 2.
*Legatum relictũ filia pro maritaggio præſumitur re-
lictum animo compenſandi cum dote de paraggio
ei debita, nu. 3.*
Dos de paraggio ſuccedit loco logitima, nu. 4.
*Pater cogitur filijs relinquere legitimam, num. 5. &
dotem de paraggio, nu 6.* *(nu. 7.*
Dos de paraggio dic itur debitum neceſſarium patris,
*Legatum relictum creditori ex cauſa neceſſaria, vide-
tur animo compenſandi, nu. 8.*
*Feudum relictum ſecundo genito præſumitur in com-
penſationem vita, & militia, nu. 9.*

DECISIO. XXXI.

DON Petrus Boniornus vti maritus,
& ceſſionarius Donnę Margaritę
la Farina egit cōtra Don Vincen-
tium la Farina eius ſororiũ Baro-
nem Alprimontis ad vntias octuaginta quoli-
bet anno pro dote de paraggio ſibi competẽte
vna cum fructibus a die mortis Dō Martini te-
ſtatoris eius patris, & ſoceri.

Baro allegabat debere abſolui, ex oppoſita
1 compenſatione quæ † ſolet admicti etiã ſtatu-
to reiciente omnes exceptiones, Menocch. lib.
2. pręſum. 48. num. 34. Tiraq. ce retr. lign. § 3.
gloſſ. 3. nu. 4. Aſin. in pratt. exeq. §. 31. cap. 46.
nu. 2. Guid Papa deciſ. 171. Grat. conſ. 121. nu.
18. lib. 1. Gozzad. conſ. 69. nu. 2. Medic. in tract.
de cōpenſat. par. 2. quęſt. 20. Bauer. in tract. de
virt. iura. nu. 33. Ang. cōſ. 182. in fin. Bertrand.
conſ. 280. col. 1. lib. 2. Bened. de Barz. in tract.
de guarantig. par. 3. quęſt. 1. in prin. Iaſ. in l. cũ
qui, §. 1. nu. 3. ff de iure iur. Surd. deciſ. 191. nu.
10. & conſ. 268. nu. 27. lib. 1. Burſat. conſ. 305.
nu. 7. lib. 3. Turret. conſ. 75. nu. 1. lib. 1. & conſ.
49. nu. 41. lib. 2. Thom. Zerol. in praxi epiſc. in
verb. compenſatio verſ. 7. Boer. ſuper conſuet.
Bituric. tit. 2. §. 7. Felin. in cap. cũ inter, nu. 24.
& 25. extra. de except. & in cap. ex tranſmiſſa,
nu. 9. extra de pręſc. Imol. cōſ. 42. in fin. Cepol.
cautel. 121. Abb. in cap. cum Ioannes extra de
fideinſtr. Alex. conſ. 12. num. 13. vol. 2. Marſil.
ſing. 208. Foller: in praxi cent. in verſ. quæ qui-
dem exequutio, nu. 53. Oſaſc. deciſ. 92. nu. 12.
Milane. deciſ. 14. nu. 18. lib. 2. Socc. Iun. conſ.
79. nu. 9. vol. 3. Purpur. conſ. 485. in fin. Felin.
in cap.

in cap. ſuborta, col. 2. extra de re iud. cum con-
cord. quæ adduximus in conſ. 8. nu. 14. lib. 1. &
ſuper bull. quęſt. 22. nu. 2. lib. 1.

2 Et † extinguit actionem ipſo iure à die quo
fuit oppoſita, Aret. & Iaſ. in §. in bonæfidei in-
ſtit. de actio ille col. 5. verſ. tertio principaliter,
iſte num. 77. vbi teſtatur com. opin. Affl. deciſ.
121. num. 1. & 4. Turrett. conſ 49. nu. 38. lib. 2.
Rimin. Iun. cõſ. 392. nu. 69. lib 4. Oſaſc. deciſ.
192. nu. 16. Surd. in tract. de alim. tit. 3. quęſt. 1.
nu. 68. & tit. 7. quęſt. 10. nu. 15. & conſ. 82. nu.
5. vol. 1. & deciſ. 117. nu. 5.

At qui Don Martinus reliquit Donnę Mar-
garitæ eius filiæ vntias mille pro veniendas ex
prętio certorum animalium ad opus eius mari-
3 tagij, quò fit vt dictum † legatum pręſumatur
relictum animo cõpenſandi cum dote ſecundũ
4 paraggiũ debita ſuper feudo, Quia dos de † pa-
raggio ſuccedit loco legitimè, Petr. de Grego.
de dote de paragg. quęſt 2. circa prin. & quæſt.
24. col. 3. verſ. non obſtat, Iſern. in conſt. in ali-
quibus col. 7. verſ. quid ſi frater tit. de ſucceſſ.
filior. Com. & Bar. lib. 3. vbi etiã Affl. in quæſt.
8. Cãpeg. in tract. de dote 5. par. quęſt. 26. Bar.
in l. titio centum, §. titio genero, ff. de cond. &
demoſtr. Bal. in l. fin. col. 3 C. de pact. Iaſ. in
auth. nouiſſima, col. vlt. C. de inoff. teſta. Alex.
conſ. 178. col. 3. vol. 5. Decian. reſp. 46. nu. 20.
vol. 3. Zuccard. conſ. 77. vol. 1. Becc. conſ. 112.
nu. 9. Surd. de alim. tit. 2. quęſt. 1. nu. 39. Peregr.
de fideicom. art. 38. num. 20. Cum. in cap. ſi ali-
quem in verſ. maritata, nu. 83. Ant. de Alex. in
conſ. Neap. ſi moriatur, in gloſſ. in verſ. parag-
giũ, doctiſſ. Aponte conſ 65. & conſ. 74. nu. 6.
vol. 1. Loffredd. cõſ. 26. Cannet. in cap. ſi aliquẽ
5 verſ. ſed quantum ſit iſta dos fol 314. Et † ſicut
pater cogitur filijs relinquere legitimã, Craſſ.
in §. legitima quęſt. 3. in prin. vbi teſtatur hanc
eſſe vulgatam concluſionem, Bal. conſ. 58. col.
2. lib. 2. Fulgoſ. conſil. 81. col. 2. Alban. conſ. 6.
nu. 7. Tiraq. de iure primog quæſt. 75 nu. 8. Ita
6 eſt † adſtrictus relinquere dotem de paraggio
ſubrogatam in locum legitimæ, l. ſi eum, §. qui
iniuriarum, ff. ſi quis caut. l. 1. §. hæc actio, ff. ſi
quis teſt. lib. eſſe iuſſ. fuer. Raudenſ. in tract. de
analog. cap. 15. nu. 215. Et per conſequens cum
7 † dos de paraggio dicatur debitum neceſſariũ
8 patris videtur legatũ ab eodem † patre relictũ
animo cõpenſandi cum ipſa dote factum, Me-
nocch. lib. 4. pręſum. 109. num. 7. Bal. conſ. 84.
lib. 2. & in l. quoniam nouella circa fin. C. de
inoff. teſt. Capra conſ. 26. nu. 2. & conſ. 164. nu.
10. Coman. conſil. 133. col. 1. Iaſ. conſil. 214. in
vlt. dub. vol. 2. Ruin. conſ. 79. nu. 5. & cõſ. 136.
nu. 7. vol. 2. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 10.
tit. 2. nu. 5. Et in terminis noſtris ſcriptum reli-
quit Petr. de Greg. in tract. de dote de paragg.
quęſt. 12. verſ. his ſic præſuppoſitis, & quæſt.
33. in fin. quem ſequutus ſum in tract. de feud.
cent. 1. quęſt. 51. nu. 228. Et ſatis confert, quod
9 † feudum relictum ſecundogenito cenſetur re-
lictum in compenſationem vitæ, & militiæ ei
debitæ ſuper alijs feudis, Vrſill. ad Affl. deciſ.
138. num. 4. & 5. Tiraquell. de iure primogen.
quæſt. 75. circa prin.

Quapropter maior pars Magnæ Curiæ deli-
berauerat decidere Baronem eſſe abſoluẽdum
ſi nõ ſuperueniſſet viceregium mandatum, vt
cauſa nouæ ſedi relinqueretur.

ARGVMENTVM.

Quãdo tutor teneatur edere libros rationum?

SVMMARIVM.

*Dos præcipuè taxari debet inſpecta quantitate Patri-
monij, nu. 1.*

*Libri hæreditarij ſunt communes cum hæredibus par-
ticularibus, & legatarijs, nu. 2.*

*Libri hæreditarij penes tutorem ſunt edendi, ſiue pe-
tens fuerit actor ſiue reus, nu. 3.*

Libri tutelares ſunt proprij pupillorum, nu. 4.

*Reus non tenetur edere actori propria inſtrumenta ad
fundandã eius intentionem, nu. 5. fallit fauore do-
tis, nu. 6. contra nu. 9. concorda, nu. 10.*

*L. ſi contendat ff. de fideiuſſ. remedium intentans effi-
citur reus, nu. 7.*

*Reus non tenetur eddere actori etiam in cauſis ſum-
marijs, nu. 8.*

*Rationes priuatæ vt edantur duo coppulatiuè requi-
runtur, nu. 11.*

DECISIO. XXXII.

MArius Teſtai V.I.D. prętẽdens do-
tes eius vxoris Heliſabettę Maſtia-
ni iniuntionem fecit Ioanni Fran-
ciſco Maſtiani V.I.D. tutori, &
procuratori hęredum cõdam Sigiſmundi Ma-
ſtiani patri dictæ Heliſabettæ ad exhibendum
libros hæreditarios, & libros rationum pereum
cõfectos ad effectum, vt ex eis inſpici potuiſſet
1 quantitas Patrimonij ſucundum † quam pręci-
puè dos taxari debet, Surd. de alim. tit. 1. quęſt.
9. nu. 20. meus Abb. conſ 115. ſub num. 1. lib. 2.
Paleot. de noth. & ſpur. cap. 50. l. cum poſt, §.
gener., ff. de iur. dot.

Et quòd iniuntio procedere deberet dedu-
cebat primo quod libri hęreditarij confecti per
teſtatorem licet remanere debeant pęnes hęre-
2 dem vniuerſalem tamen reſpectu † cõmodita-
tis ſunt cõmunes cũ hęredibus particularibus,
& legatarijs, l. pen. §. fin. ad l. falcid. Bologn. in
l. fin. nu. 49. C. de ede. Mantua in l. 1. C. eod.
3 Et † ex hiberi debeãt, ſiue petens fuerit actor
ſiue reus etiam cõtra perſonam priuilegiatam,
Berous in cap. 1. nu. 47. cõcl. 1. extra de probat.
Doctore omnes in l. 1. in fin. C. de eden.

Et

4 Et dato quod Teſtai fuiſſet actor teneretur † Maſtiani exibere tutelares libros tamquã proprios pupillorum, l.1.§.offitio tutoris,ff.de tutel.& rat. diſtrah. Bologn. in l.1.num.69.C.de ede. & in l.fin.nu.50.C.eod.l.maritus, §.fin.ff. ad l.falcid.l.fin.§.inter cætera, ff.de liber.lega. Roma.conſ.413.in prin. Auall.conſ.49.lib.1. Imol.in l.cum ſeruus,ff.de cond.& demoſtr.

5 Et licet regulariter reus † nõ teneatur edere actori propria inſtrumenta ad fundandam eius intentionem, Bolognet.in l.1.§& fin. C.de ede. Dec.in cap.1.nu.47.extra de probat. vbi etiam Berous nu.63. verſ. ſecunda concluſio.Tamen
6 † fauore dotis ea teneretur edere,Ant.de Butr. in d. cap.1. extra de probat. vbi Felin. verſ.4. fallit,dixit cõmunem opinionẽ,& Dec.nu.74. & Berous num.68. limit.8. Surd. de alim.tit.8. priuil.3.num.5.Et hic vertitur caſus petitionis dotis relictæ à teſtatore Heliſabettæ nupturæ arbitrio dicti Ioannis Franciſci aliàs arbitrio eius taxandæ.

Reſpondebat Maſtiani,quod in Magna Curia tentauit remedium l. ſi cõtendat, ff.de fide-
7 iuſſ. atquè ita erat † effectus reus, Butr. in cap. in præſentia, col.6. extra de probat. Miſinger. cent.5. obſeru.81. Vrſill. ad Afflict. deciſ.268. Oſaſc.deciſ.151.nu.4. Benintend.deciſ.66.

8 Et reus † non tenetur edere actori, etiam in cauſis ſummarijs, Decian. conſ.61. vol.3. Menocch. conſ.505. num.8. lib.5. l. qui accuſare, C.de eden.

9 Ac etiam † quod eſſemus in cauſa dotis, Bolognet.in l.1.nu.29. & in l.fin. nu.11. & 75.C. de eden. Alciat.in l.non eſt nouũ,col.2.C.eod. Decian. conſ.61.vol.3.

10 Et opinio cõtraria forſan † ꝓcederet in dote relicta pauperi, Aret.in cap.1. extra de probat. Curt. Iun. in l.fin. num.18. C. de ede. Decian. conſ.61.nu.18.vol.3.

Et cũ dos taxari debeat inſpecto Patrimonio teſtatoris tẽpore mortis, libri tutelares non deberent exhiberi cum petentis nõ interſit, & vt-
11 edantur † rationes priuatę duo coppulatiuè requiruntur,ſcilicet intereſſe,& mandatum tacitam,vel expreſſum, Gozzad.in l.1.num.14.C. de eden.Cagno.in l.1.num.34.C.eod. Cappel. Tholoſ. deciſ.446.vbi Aufrer. in annot. Felin. in cap.1.nu.5. extra de probat.

Quapropter maior pars Magnæ Curię deciſit iniuntionẽ procedere reſpectu librorũ hæreditariorum de menſe Auguſti 1601.

ARGVMENTVM.

Res empta de pecunijs alterius cuius fiat?

SVMMARIVM.

Emptio nomine abſentis valet,etiã notario pro eo minime ſtipolante, nu.1.contra, nu.7.declara,nu.8.

Emens nomine alterius tenetur ei cedere iura, nu.2.

Emptio inſpicitur ſi facta fuerit nomine alicuius, & non de alterius pecunijs, nu.3.

Emptæ rei dominium magis fuit translatũ in ęmptorem de cuius pecunijs fuit empta quã in eum cuius nomine fuit empta, nu.4.ratio, nu.5.

Conſtituti poſſeſſorij effectus ammictitur per non vſum longo tempore, nu.6.

DECISIO XXXIII.

Don Anibal de Nuccio nomine Catarinellæ de Spezzes, & Rabbazza eius ſororis abſentis emit quodam viridariũ in territorio Ciuitatis Salem, & proprijs pecunijs ipſius D.Anibalis Archipresbiteri qui veniens ad mortẽ reliquit hęredem fabricam d. Ciuitatis à qua, ſeu Ioſepho Antonio Scannariato habente ius, & cauſam ab ea, Catherinella petijt reuendicatoria,ſeu publiciana locum prędictum.

1 Deducens quia † emptio nomine abſentis valet, etiam notario pro eo minime ſtipulante,
2 Ita quod † emens tenetur cedere iura ipſi abſenti, l. ſi poſſeſſio, §. & ſi poſſeſio, ff. de acqu. poſſ. Paul.de Caſtr. in l. multum intereſt, C.ſi quis alteri vel ſibi,Milane.deciſ.4.nu.59.lib.2. l. ſi negotia abſentis,& l. pen. ff.de nego. geſt. Rip. reſp.20.nu.10.& 16.tit.de obligat. Natt. conſ.261.nu.5.Surd. deciſ.229.nu.14.

3 Nec attẽditur † cuius pecunijs emptio facta fuerit, ſed cuius nomine, gloſſ.l.1.& l.qui aliena, C.ſi quis alteri,vel ſibi,l.filiæ,C.famil.herceſc.l.ſi filij, C. de donat.inter vir.& vxor.Bal. in l.& ſi inſtrumẽta, C.de fideinſtr.& iure Haſtæ fiſc. Bologn. conſ.7.col.3. Pariſ. conſil.80. ſub num.4.vol.1.Menocch. conſ.80.num.1.& conſil.122. num.40. l. mancipia, & l. fin. C. ſi quis alteri,vel ſibi, Ioſeph. Ludou.deciſ.Peruſ. 12.circa fin.

4 Replicabat reus,quod † dominiũ magis fuit translatũ in emptorem de cuius pecunijs fuit emptus locus eiq; tradita poſſeſſio, què in eam cuius nomine fuit empta, Paul. de Caſtr. in l. quamuis,C.ſi quis alteri, vel ſibi,quia (inquit)
5 duo cõcurrentia † pro emptore pręualent vni pro eo cuius nomine eſt empta res, Salic. in l. multum, nu.3.C.eod. Dec. conſ.543.num.15. Decian. reſp.47. nu.17. vol.5.

Et licet fuerit adiectum cõſtitutum, tamen realiter fuit tradita poſſeſſio emptori, eaq; cu-
6 ius nomine empta fuit illã † ammiſit nõ vtendo longo tempore, Tiraq.de conſtituto par.3. limit.21.nu.1. Bal.conſ.150.col.pen.vol.2.

Et quamuis ſecundũ receptiorem ſententiã
7 valeat venditio † facta abſenti, notario pro eo ſtipulante, Milane.deciſ.4.nu.39. & 96. lib.2. Corn.conſ.50.num.7. & 8. vol.1.Tamen debere ſequi ratificatio tacita, vel expreſſa abſentis

antequam

antequam vendens alteri venderet, & traderet
8 poſſeſſionem, & non ſequuta ratificatione is † qui nomine alterius emeret dominiũ haberet; l. ſi ego, ff. de nego. geſt. Crauett. conſ. 252. nu. 2. Hiero. Gabr. conſ. 8. nu. 1. & 12. vol. 1. Socc. Iun. conſil. 155. col. 1. vol. 2. Menocch. conſil. 122. nu. 15. & 16. lib. 2.

Quapropter deciſit Magna Curia reum eſſe abſoluendum In menſe Auguſti 1601.

ARGVMENTVM.

Vtrum teſtamentum confectum ad interrogationem alterius valeat?

SVMMARIVM.

Teſtamentum confectum ad interrogationem alterius eſt nullum, nu. 1. contra, nu. 2. concilia, nu. 8.
Animus teſtandi ex quibus deprehendatur, num. 3. 4. 5. & 6.
Verba prolata poſt teſtamentum demoſtrant teſtatoris animum in teſtando, nu. 5.
Mutatio animi non præſumitur, nu. 7.
Teſtamentum valere in dubio pronuntiandũ eſt, nu. 9.

DECISIO XXXIII.

ANgela Toro, & vicino petijt nullitatem teſtamẽti eius patris coram Magna Curia, atq; ita prętendens ſuccedere ab inteſtato vocatis in iuditio hęredibus vniuerſalibus.

1 Deducens quod Ioannes Antonius ad † interrogationem alterius nõ inſtructi de voluntate ipſius teſtatoris teſtamẽtum cõfecerit, quò fit vt reddatur nullu, Bal. in l. iubemus ſub nu. 6. C. de teſtam. Ioan. Andr. in add. ad Specul. tit. de teſtam. §. in primis, col. 3. verſ. 9. Socc. Iun. conſil. 183. num. 32. vol. 2. Gugl. in l. 1. §. ſi quis ita col. 6. ff. de verb. obl. Ioan. Bapt. Laderchius conſ. 39. nu. 2. vol. 1.

2 Sed reſpondebant conuenti, vt imò † teſtamentum factum ad interrogationẽ notarij, vel alterius valeat cõſtito de animo teſtandi ipſius teſtatoris, gloſſ. d. l. iubemus, Becc. conſ. 86. nu. 7. Surd. conſil. 414. nu. 53. Boer. deciſ. 35. nu. 5. Socc. Iun. conſ. 144. & conſ. 178. nu. 20. vol. 2. Alciat. conſ. 570. nu. 5. Couarr. in cap. cum tibi num. 4. extra de teſtam. Bellon. conſ. 62. nu 8. Boſſ. tit. de falſis, nu. 52. Menocch. conſ. 45. nu. 1. Cephal. conſil. 546. nu. 46. Simon de Pręt. de interp. vlt. vol. lib. 2. interpr. 1. dub. 2. ſol. 1. nu. 50. Rodor. Suarez alleg. 1. nu. 2. Affl. deciſ. 143. & deciſ. 144. Clar. in §. teſtamentũ quęſt. 37. vbi teſtatur com. opin. Bal. Nouell. in l. 1. §. ſi quis ita, ff. de verb. obl. Bauer. inſtit. de teſtam. in prin. nu. 64. Corn. conſ. 77. in litera D. vol. 4.

3 Et demoſtratur primò animus † teſtandi ex eo quòd antea per multa tempore ſcribi fecerit
4 minutam dicti teſtamẽti, & ex eo quod † teſtator interrogatus a notario ſi mãdaret publicari teſtamentum reſponderit quod ſic, vt teſtantur Andreas de Ioanne, Ceſar Guido, & Domenicus Giacomo, Socc. Iun. conſ. 7. & conſil. 34. vol. 4.

Secundò ex eo quòd accedens D. Franciſcus teſta interrogans teſtatorẽ ſi confeciſſet teſtamentum, reſpondidit Deo gratias quod ſic, & omnia alia, & animus teſtãdi demoſtratur etiã
5 per † teſtatoris verba prolata poſt teſtamẽtum, l. qui filiabus in prin. & l. ſi ſeruus plurũ, §. fin. ff. de leg. 1. l. 3. ff. de lib. & poſth. l. vxor, §. fin. ff. de leg. 3. Affl. deciſ. 44. nu. 27. Mantica de cõiect. vlt. vol. lib. 2. tit. 15. nu. 2. Surd. cõſ. 414. nu. 66. Alex. conſ. 100. nu 11. & 12. vol 4.

6 Tertiò ex eo quod † teſtator querebat à iuris peritis poſſe actricẽ exeredare propter ſtuprũ commiſſum cum Iacobo vicino eius conſobrino, hancquè pręſumptionem aſſumpſit, Surd. conſ 414 nu 55. Alex. conſ. 100. nu. 10. vol. 4.
7 Socc. conſ. 32. nu. 11. vol. 4. Quia inde animi † mutatio nõ pręſumitur, l. 3. & l. eum qui, ff. de probat. cap. maiores extra de baptiſm. Alciat. de pręſum. 2. reg. 16. pręſum. in prin. Socc. Iun. conſ. 106. num. 38. vol. 1. & conſ. 183. num. 18. vol. 2. Alciat. con. 570. num. 1. Menocch. conſ. 854. nu. 28. col. 9.

Et doctrinæ contrariæ poſſent procedere,
8 quãdo † interrogatio fuiſſet facta a perſona ſuſpecta, vel teſtator aliud teſtamẽtum ſollemne iam confeciſſet, vel non conſtaret de voluntate teſtatoris notario prius expoſita, vel quãdo teſtator fuiſſet adeo morte oppreſſus, vt articulate loqui non potuiſſet, Clar. in d. quęſt. 37. Bertrand. conſ. 194. nu. 3. lib. 6. Caſtr. conſ. 155. in fin. lib. 1. Laderchius conſ. 39. nu. 6. & 7. vol. 1.

9 His addito, quod in dubio † pronuntiãdum eſt pro teſtamento, Menocch. conſ 540. nu. 4. & 19. vol. 6. l. ſi pars in prin ff. de inoff. teſtam.

Quapropter declarauit Magna Curia teſtamentum validum die 18. Martij 1600.

ARGVMENTVM.

Quando poſſeſſio defuncti trãſeat in legitimatum per ſubſequens matrimonium in bonis feudalibus?

SVMMARIVM.

Remedium adipiſcendæ, retinendæ, & recuperandæ commodàri poteſt diuerſis reſpectibus ſtante cap. Regni Regis Ferdinandi 43. continuante poſſeſſionem in heredem, nu. 1.
Remedium l. fin. C. de edicto diui Adr. Toll. quando competat, nu. 2. & 3.
Remedium retinendæ quando competat, nu. 4.

Reme-

Remedium retinendæ poſſet cumulari ſimul cũ remedio adipiſcendæ, nu.5.
Remedium adipiſcendæ, & retinendæ ſtante cap. Regni continuante poſſeſſionem defuncti in hæredem habet vim recuperandæ, nu.6.
Poſſeſſio feudi continuatur in filium iure ſpeciali, licet regulariter contra, nu.7.
Filius viuo patre dicitur inueſtitus de feudo, nu.8.
Cap. Regni Regis Ferdin. 43. non admictit momentum temporis inter mortem teſtatoeis, & tranſlatione poſſeſſionis in hæredem, nu.9.
Cap. Regni Regis Ferd. 43. habet locum etiã in feudalibus, nu. 10. etiam quod fuiſſet inſtitutus incapax ad feudi ſucceſſionem, nu.11. & cognitio incapacitatis reſeruatur in meritis, nu.16.
Cap. Regni Regis Ferdin. 43. declaratur, nu.12.
Poſſidere duo inſolidum non poßunt, nu.13.
Tertius poſſidens poſt mortẽ teſtatoris nõ dicitur habere poſſeſſionem ciuilem, nec naturalem ſtante cap. Regni de continuanda poßeſſione in hæredem, ſed nudam detentationem, nu.14.
Detentatio non prodeſt ab præſcribendum, nec fructus lucrandos, nec alios ciuiles effectus, nu.15.
Probationibus paribus exiſtentibus circa poſſeſſionem eſt præferendus qui melior in proprieiate probaret, num.18.
Poſſeſſio probatur per inſtrumentum, nu.18.
Cap. Regni Regis Ferdin. 43. nõ procedit quãdo tempore mortis poſſeſſio in alium reperiretur tranſlata, num.19.
Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum cum modica reſeruatione eſt nulla, num. 20. etiam reſpectu præſentium tantum, nu.22.
Reſeruatio vntiarum quinque facta in donatione eſt modica, nu.21.
Donetio feudi cum reſeruatione vſufructus ſine licentia Regis viui eſt nulla, nu.23.
Donatio facta filiæ in poteſtate non firmatur iuramento, nu.24. contra, & receptius, nu.25.
Donatio feudi facta filia reuocatur ob natiuitatem filij maſculi etiam naturalis legitimati per ſubſequens matrimonium, nu.26.
Poſſeſſio transfertur per retentionẽ vſufructus, nu.27. non per retentionem dominij, nu.28.
Feudatarius ex pacto, & prouidentia dicitur vſufructuarius, nu.29.
Maſculus in feudis cum clauſula iuris francorum eſt fœminæ præferendus, nu.30. licet in allodijs ſuccedere habeant æqualiter, nu.31.
Poſſeſſio expulſis colonis ammictitur, nu.32.
Poſſeſſio non acquirtur ſine animo acquirendi, nu.33.
Poßeſſio antiquior præferenda eſt in interdicto retinendæ, nu.34.
Poſſeſſio antiquior conſideratur etiã reſpectu momenti, num.35.
Exceptio illegitimitatis admictitur in poſſeſſorio ſummariſſimo quando partes paſſe fuerint diſcuti merita, nu.36. contra, nu.37.
Filiatio eſt difficilis probationis, nu.38. & probatur præſumptionibus, & coniecturis, nu.39. etiam in vulgo conceptis, nu.40.
Filiationis præſumptiones, & coniecturæ, nu.41.42.43.44.45.46.47.48.49.50. & 61.
Legitimatus per ſubſequens matrimonium ſuccedit in feudo recepto pro te, & hæredibus de tuo corpore legitimè deſcendentibus, nu.52.
Reſtitutio in integrum datur minori aduerſus ſententias latas in poſſeſſorio, nu.53.

DECISIO. XXXV.

MAttheus Solonia V.I.D. tamquã filius, legitimus, & naturalis Corradi Solonia Baronis Patri petijt manuteneri in poſſeſſione dicti feudi reuocata ſentẽtia Tribunalis Cõſiſtorij S.R.C. confirmatoria ſententiæ M. C. poterat namq; ex Cap. Regni Regis Ferdin. 43. continuante
1 poſſeſſionem in hęredem tentare † ſimul, & cumulare diuerſis reſpectibus remediũ apipiſcendę, retinendæ, & recuperandæ, Molin. lib.3. de primogen. hiſ. cap.13. nu.6. & 7. Milan. deciſ. 3. num.62. part. 1. Ant. Gabr. lib.5. concl. tit. de acqui. poſſ. concl.7. nu.6. Tiraqu. lemort. ſaiſiſ. 6. par. declar. 3. nu.1.

Quo ad interdictum adipiſcendæ fuit tentatum remedium, l. fin. C. de ed. diui Adr. Toll.
2 quod † non ſolum cõpetit hæredi qui numquã nactus fuit poſſeſſionem ad eam nanciſcẽdam, ſed etiam hęredi, qui poſſeſſionem adeptus fuit ad eam confirmandam, & manutenendã, & ad turbatores, & malefactores expellendũ, Alex. Alber. Corn. & Dec. in d.l. fin. Paul. de Caſtr. in l. ſi ſorori, C. de iure delib. Neuizz. conſ.16. circa fin. Menocch. in tract. de adipiſc. poſſ. 4. remed. quæſt.44. nu.248.

3 Et competeret † remedium adipiſcendę etiã poſſidenti ciuiliter, & naturaliter ad effectum conſequendi actualem realem, & corporalem poſſeſſionem, Milan. de primogen. hyſp. lib.3. cap.13. nu.2.3.4. & 5. Bal. in rub. extra de cauſa poſſ. & propriet nu.13. Dec. conſ.84. nu.1. Iaſ. in d.l. ſi ſorori, num.2. Tiraqu. lemort. 6. par.2. declar. nu.2. & de conſtit. 1. par. num.10. Ant. Gabr. lib.5. concl. tit.1. concl.7. nu.5.

COſmus Nepita V. I. D. condidit ſuum ſollenne teſtamentũ in actis Notarij Alexandri Damiano, & Greco die 15. Februarij 6. indict. 1592. aperti die 3. Martij 7. Ind. 1593. in quo inſtituit hæredem vniuerſalem poſthumũ, ſeu poſthumam naſciturã ex ſe, & Donna Iſabella Cardonetto eius vxore, & caſu quo naſceretur, & moreretur quandoqunq; ſubſtituit eius ſorores Aleonora Cucuza, & Camillam ciſari, & in eodem teſtamento reliquit multa legata, & ſubiecit, quod quandoqunquè naſcerentur filij legitimi, & naturales, quod tunc, & eo caſu omnia pįdicta legata euaneſcant præter quatuor in dicto teſtamento enumerata, indeq; in codicillis primo loco factis per eumdem teſtatorem de Nepita in actis Franciſci Cuſcuna Ciuitatis Tauormeni die 17. Nouembris 7. ind. 1593. inter alia legata eidem vxori legauit vntias viginti quinq;, & tarenos quindecim redditus debendos per Eraſmũ de Allegra de quibus debeat eſſe vſufructuaria eius vita durante, ex quibus dubitatum fuit vtrum ſuſcepto filio Hieronimello ex matrimonio prędicto, & poſt annum vita functo, debeant euaneſcere legata prędicta; atq; ita ſententia lata per Iudices Ci-

uitatis

uitatis Catanię, quod interuſuria dicti cenſus
depoſitata per dict. de Allegra cõſignentur di-
ctæ Donnæ Iſabellæ via declinatuia fori, ſeu
grauaminis per eamdem Magnam Curiam re-
uocata deberet.

Et (ſecundum aliquos) videbatur dicẽdum,
legata prędicta non euaneſcere, atq; ita ſenten-
tiam per Iudices Catanenſes prolatam, deberè
confirmari, primo quia tunc voluit teſtator le-
gata euaneſcere, quando ex preſenti matrimo-
nio, vel futuro naſcerentur filij, vel filiæ, vnus
vna, vel plures, & de eo, ea, vel ex eis naſceren-
tur filij legitimi, & naturales, Atqui in noſtro
themate, licèt fuerit natus filius Hieronimel-
lus, & ſic vna pars conditionis fuit verificata,
tamen ex eo non fuerunt nati filij, atq; ita alte-
1 ra pars conditionis defecit, conditio namquè †
coppulatiua requirit vtriuſq; adimplemẽtum,
l. ſi hæredi plures, ff. de cond. inſtit. Crauett.
conſ.80, nu. 13. Surd. conſ. 187. nu. 38. vol. 2. &
conſ. 207. nu. 7. eod. vol. l. ſi quis ſtipulatus fue-
rit decem aureos, ff. de verb. obl. Iaſ. in l. 1. nu.
4. ff. de iuſt. & iure, l. ſi is qui ducenta, §. vtrum,
ff. de reb. dub Theſaur. deciſ. Pedam. 189. ſub
nu. 1. Tãto magis quia teſtator ſubiecit illa ver-
2 ba tunc, & eo caſu, quæ † limitatiua ſunt, &
reſtringũt diſpoſitionem ad caſum expreſſum
tantum, Honded. conſ. 8. nu. 39. Dec. conſ. 63.
nu. 2. & conſ. 89. num. 3. Pariſ. conſ. 92. nu. 10.
lib. 2. Menocch. conſ. 151. nu. 41. vol. 2. Rimin.
Iun. conſ. 80. nu. 18. vol. 1. Menocch. lib. 4. præ-
ſum. 36. nu. 36. Mantica de coniect. vlt. volunt.
lib. 5. tit. 14. num. 24. in fin. Dec. in l. quamuis,
nu. 2. C. de impub. & alijs ſubſt. Rim. conſ. 31.
nu. 10. vol. 3. Vndè vt dicta legata euaneſcant,
deberent naſci filij, & ex filijs filij, & nõ aliter.

Secundò quia teſtator dixit prędicta omnia
legata euaneſcere, caſu quo naſcerentur filij, &
3 ponderando illa verba, prędicta omnia, quæ †
ſolent reſtringere diſpoſitionem ad pręceden-
tia tantum, Honded. conſil. 72. num. 24. vol. 1.
Berous conſ. 132. num. 7. vol. 3. Auall. conſ. 34.
nu. 30. vol. 4. Dec. conſil. 377. num. 5. Crauett.
conſ. 89. nu. 3. Et ſi fuiſſet verificata cõditio de-
berent euaneſcere legata relicta in teſtamento
tãtum, & nõ legata relicta in codicillis de qui
bus in noſtra facti ſpecie tractatur.

4 Tertiò quia † conditio adiecta in teſtamen-
to, non cenſetur repetita in codicillis, Matthe.
Brun. conſil. 55. ſub num. 8. Ang. conſil. 294.
circa fin. Ergo idem videbatur dicendum in
themate propoſito.

Incontrariũ, vt legata vxori relicta euanuiſſe
dicantur, atq; ita ſententiam primi iuditij cor-
rigendã, & pecunias depoſitatas per ſubiugan-
tẽ pro interuſurijs dicti cenſus aſſignandas eſſe
dictis de Ciſari, & Cucuzza hęredibus vniuer-
ſalibus, allegabatur primo Dec. conſ. 377. nu.
1. vbi fideicõmiſſum relictum ſub conditione,
ſi ſine filijs, & deſcendentibus deceſſerit, expi-
rat, & euaneſcit mortuo grauato cũ filio, quic-
quid inde de filio contingerit, quo in themate
cõditio fuit adiecta coppulatiuè, ſcilicèt ſi ſine
filijs, & deſcẽdentibus deceſſerit, & tamen nõ
5 fuit neceſſe, vt † purificetur, vtramquè partem
eſſe veram ſcilicet naſci filium, & ex eo deſcen
dentem, ſed ſufficiet fuiſſe natum filium, & ſi
inde mortuum ſine filijs, & deſcendentibus,
Menooch. conſ. 647. nu. 2. vol. 7. Oldrad. conſ.
21. col. 2. Vnde in noſtro themate ſuffi ciet fuiſ-
ſe natum Hieronimellum, licet indè mortuũ
ſine filijs, vt conditio prędicta videatur purifi-
cata, atq; ita legata vxori relicta annihilata, ſeu
extincta dicantur, Quinimo purificata dicetur
cõditio, & eſſe extincta legata, etiam ſi Hiero-
6 nimellus † ſtatim mortuus fuerit, Peregr. de fi-
deicom. art. 29. ſub num. 24. vbi teſtatur com.
opin. Graſſ. in §. fideicõmiſſum quęſt. 33. in fin.
vbi etiam teſtatur com. opin. Ac etiam dicetur
purificata conditio prędicta, ſi Hieronimellus
7 fuerit † natus in ſeſto, vel octauo menſe, Sforz.
Odd. in tract. compend. par. 6. quæſt. 2. art. 2.
nu. 14. verſ. ego puto, Burſat. conſ. 63. nu. 19. in
fin. vol. 1. vbi teſtatur hanc eſſe veriorem opi-
8 nionem, in dubio autem † filius pręſumitur po
tius natus in nono, quam in ſeſto, vel octauo
menſe, Burſat. conſil. 63. num. 21. vol. 1. Boer.
deciſ. 220. in fin. Fab. Torrett. conſ. 23. num. 2.
vol. 1. vbi teſtatur hanc eſſe prę ſumptionẽ na-
turalem, Nicol. Flor. in 6. ſerm. de membr. ge-
ner tract. 6. cap. 16. de abortu.

Nec viuo filio ſuperſedetur pręſtatio legati,
& eo mortuo ſine filijs reuiuiſcet, quia opus
eſſet miraculo naturæ naturantis, ſicut in Laz-
9 zaro, vt ſemel † extincta legata natiuitate filij,
eius morte reuiuiſcant, contra etiam vulgatum
axiomá §. ſacram, l. inter ſtipulantẽ, ff. de verb.
obl. Oldrad. conſ. 2. Cephal. conſil. 154. nu. 13.
vol. 4. Rimin. Iun. conſ. 21. nu. 2. vol. 1. Burſat.
conſ. 51. nu. 4. vol. 1. & conſ. 354. ſub num. 24.
vol. 4. Menocch. conſ. 413. nu. 29. vol. 5.

10 Secundò quia in † conditionibus potius in-
ſpicitur voluntas teſtatoris, quàm verba, l. in
conditionibus in prin. & l. pater ſeuerinam, §.
1. ff. de cond. & demoſtr. Mantica de coniect.
vlt. vol. lib. 11. tit. 6. nu. 12. in fin. At voluntati
teſtatoris dicetur ſatisfactum natiuitate filij, vt
eius fauore, & commoditate legata euaneſcant
abſq; eo quod filij ex eo etiam naſcantur, & ſe-
11 cus dicendo nepotes † eſſent melioris cõditio-
nis, quàm filius, cum natiuitate filij legata non
euaneſcerent, ſed ab eo perſolui deberent, con-
tra l. ſi viua matre, C. de bon. mater.

Tertiò quia ſi teſtator fuiſſet interrogatus,
vtrũ contentus eſſet, quod euaneſcerent legata
relicta vxori ſolum natiuitate filij, ac etiá vt ex
filio naſcerentur filij, atq; ita potius dicta lega-
ta haberet filius, quàm vxor, vtiq; veriſimiliter
reſpon-

12 teſpoaderet quod ſic, vnde † talem fuiſſe eius
voluntatem dicendum erit, gloſſ. fin. l. tale pa-
13 ctum, ff. de pact. quàm † locum habere in omni
materia, ſeu diſpoſitione, etiã rigoroſa, ſcrip-
tum reliquit Picus conſil. 102. num. 29. & 30.
Vrſill. ad Afflict. deciſ. 355. num. 2. & 3. Precc.
lib. 2. de ſub feu. baro. §. ſecundo quæro, nu. 17.
in fin. fol 125. Becc. conſil. 121. ſub num. 40.
doctiſſ. Aponte conſil. 20. num. 17. Menocch.
conſil. 173. num. 66. vol. 2.
14 Quæ quidẽ voluntas † teſtatoris dicitur ex-
preſſa in eo, de quo interrogatus, veriſimiliter
taliter reſpõdidiſſet, Tiraq. de ll. connub. gloſſ.
7. nu. 181. doctiſſ. Aponte conſil. 2. num. 144.
Rimin. Iun. conſil. 110. num. 62. & 63. vol. 1.
Menocch. conſil. 393. num. 62 vol 4. Crauett.
conſ. 992. nu 27. vol. 6. Burſat. conſ. 362. num.
34. & conſ. 307. nu. 48. vol. 3. Surd. de alim. tit.
1. quæſt. 55. nu. 19 & tit. 7. quæſt. 15. num. 9. &
tit. 9. quæſt. 30. nu. 26. & quæſt. 44. num. 36. &
conſ. 200. num. 18. vol. 2. Bonifat. Roger. conſ.
19. nu. 41. & conſ. 50. nu. 15. & conſ. 43. nu. 25.
vol. 1. Becc. conſ. 33. nu. 10. & conſ. 84. nu. 11.
& conſ. 94. nu. 16. & conſ. 105. nu. 33. Maximè
inſpecta perſona huius legatariæ quæ poſt tri-
duum miſerandæ necis viri alteri nupſit, atquè
15 ita † animum defuncti mariti nõ modicũ con-
triſtauerit, § quia verò, auth. de nupt. Quæquè
de morte viri ſuſpecta eſt, ex informationibus
receptis per Don Hieronimum Giuanbrunum
16 delegatũ in cauſa, Et voluntas † teſtatoris etiã
ex coniecturis poſt mortem aduenientibus in-
terpetratur, Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 8.
tit. 12. num. 24. l. vtilitatem, & l. confirmando,
ff. de confirm. tut.
17 Quartò quia † legatũ ſtrictè eſt interpetran-
dum, l. apud iulianu, §. ſcio, ff. de leg. 1. l. num-
moi, ff. de leg. 3. Surd. conſ. 207. num. 17. vol. 2.
18 Cum † teſtatur pręſumatur minus grauare hæ-
redem in quantũ fieri poteſt, Burſa. conſ 228.
nu. 18. vol. 3. Eugen. conſ. 16. nu. 4. Paſeth. cõſ.
115. nu. 1. Pancirol. conſ. 135. num. 2. Bonifat.
Roger. conſil. 19. num. 18. in fin. vol. 1. Surd. in
tract. de alim. tit. 2. quæſt. 15. nu. 124. Ergo di-
cta cõditio debebit interpetrari adimpleta, na-
tiuitate ſolius filij, quam defecta.
Et reſpondebant ad primum cõtrarium, eſſe
regulare coppulatiuam requirere concurſum
19 vtriuſquè, ſed reſtringi in noſtro themate ex †
coniecturata mente teſtatoris, ex qua etiam di-
20 ſiunctiua † habet ſenſum coppulæ, l. ſi quis ita
legauerit, ff. de auro, & arg. lega.
Ad ſecundum reſp. quòd teſtator ipſe in ſe-
cundis codicillis factis in actis Notarij Frãciſci
Cuſcuna die 17. Nouembris 7. Iudict. 1593. di-
ſpoſuit, quòd omnia legata facta in dictis codi-
cillis, & in primis habeantur, ac ſi facta fuiſſent
in dicto teſtamento ſollemni in actis prædictis
de Damiano, & Greco, in quo appoſuerit con-
ditionem prædictam, atq; ita, illa verba prędi-
cta omnia legata cõprehendunt legata relicta
in codicillis, Quinimò, & ſi teſtator nõ expreſ-
21 ſiſſet, de iure codicilli † trahuntur ad mentem
teſtamenti, Menocch. lib. 4. pręſum. 177. nu. 3.
Bal. in l. neſennius, ff. de excuſ. tut. Natt. conſ.
483. in fin. vol. 3.
Ad tertium quod conditio appoſita in teſta-
mento non cenſeatur repetita in codicillis, ex
22 Bruno, & Angelo, Reſpo. quòd regulariter †
conditio appoſita in teſtamento cenſetur repe-
tita in codicillis, Menocch. d. pręſum. 177. nu.
1. l. talis ſcriptura, §. vlt. cum l. ſeq. ff. de leg. 1. l.
Caio in prin. ff de alim. & ciba. lega. l. alumnæ,
§. qui filias, ff. de adim. lega. l. auia in prin. ff. de
cond. & demo. Menocch. conſ. 452. nu. 1. lib. 5.
Auall. conſ. 31. num. 23. vol. 4. Natt. conſ. 476.
23 nu. 2. Quia † teſtator in codicillis non videtur
receſſiſſe à voluntate, & diſpoſitione facta in
teſtamento, Dec. conſ. 190. num. 8. meus Abb.
conſ 4. num. 3. lib. 2.
Et reſponſum Bruni ſcribentis contrarium
24 debet intelligi ſecundum † terminos doctoris
allegati, vt docuit Bart. in l. non ſolum, §. libe-
rationis, ff de liber. lega. Allegat enim Brunus
Angel. conſ. 284 circa fin. vbi ponit vnam limi-
25 tationem ad dictam regulam, ſcilicet nõ † pro-
cedere, quando legatum relictum in codicillis
redderetur inefficax ſi conditio adiecta in teſta
mento cenſeretur in eis repetita, vt eam etiam
ſequitur Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 10. tit.
6. nu. 26. Alex. trentacinq; in tract. ſubſt. par. 5.
cap. 1. ſub nu 40. Menocch. lib. 4. pręſum. 177.
nu. 7. vbi etiam addit aliam limitationẽ, quan-
26 do ſcilicet † legatum relictũ fuiſſet in codicil-
lis ſub alia cõditione, quia cenſeretur receſſum
à primo, per Ang. d. conſ. 294. nu. 6. Dec. conſ.
190. nu. 6. verſ. tertio hoc, Et in noſtro thema-
te legatum relictum vxori in codillis, nequè
redditur inefficax à principio ſi cenſeretur re-
petita illa conditio in teſtamento adiecta, & ſi
ex poſt facto reddatur inane defectu conditio-
nis, nequè apparet relictum ſub alia conditio-
ne, ſed ſimpliciter.
Et nihilominus Magna Curia noſtrę ſequen
tis ſedis terminauit ſecundum priorem ſenten-
tiam, & ſi iure optimo fuerit eius ſentẽtia cor-
recta a Tribunali Sacræ Regiæ Cõſcientiæ, &
ſententiatum ſecundum poſteriorem.

ARGVMENTVM.

Nonnulla inditia euacuantur mandati homicidij.

SVMMARIVM.

Mandatarij duo faciunt inditium ad torturam contra mandantem quando fuerint conteſtes circa idem *manda-*

mandatum, nu. 1. ratio, nu. 2. ſecus ſi fuiſſent ſingulares, nu. 3.

Soccio criminis reuelanti per impunitatem à Iudice, & parte promiſſam nihil eſt credendum, nu. 4. niſi id quod dixerit aliundè probauerit, nu. 5.

Teſtibus patientibus plures defectus non creditur etiã in crimine læſæ Maeſtatis, & in his in quibus veritas haberi non poſſet, num. 6. & ſufficerent duo defectus, nu. 7. amplia, nu. 8.

Tortura vnam in habilitatem tollit, non plures, nu. 9.

Confeſſio mandatarij extorta per inmoderatam torturam non debet mandanti nocere, nu. 10.

Tortura cũ pondere pedibus alligato non ſolet inferri, niſi in delictis læſæ Maeſtatis, hæreſis, & euerſioni ſtatus num. 11.

Homicidium præſumitur commiſſum magis ex propria inimicitia quàm alterius mandato, num. 12. & 16.

Mandans puniendus eſſet de conſilio Iudicis arbitrio, quando mandatarius homicidium eßet aliàs facturus, num. 13.

Tortura non infertur in pænis arbitrarijs ante concluſionem in cauſa, nu. 14.

Verba laudatoria, & conſilij perpetrandi homicidij quæ dicantur, nu. 3. & 15.

Inimicitia non facit inditium quando offenſus habebat plures inimicos, nu. 17.

Minæ dubiæ, & equinocæ deberent potius interpetrari de iuris vindicta, nu. 18.

Minæ vt faciant inditium debent eſſe in ſpecie prolatæ, & inde ſequi delictum minatum in eadem ſpecie, vel ſaltim tale quod poſſet cõprehendi ſub verbis minantis, num. 19. Et prolatæ à ſolito minaæ exequi, num. 20.

Minæ non faciunt inditium quando occiſus habebat alium inimicum, nu. 21.

Fama facit inditium, quando legitimè probata fuerit, num. 22. Et quæ requirantur, num. 23. 24. 25. & 26.

Famæ probatio eſt difficilis vt vix ſufficerent ad eam rectè probandam teſtes qui eſſent iuris periti, num. 27.

DECISIO. XXXVIII.

N. fuit accuſatus à N. & cõſortibus de mandato dato ad occidẽdum pecunia mediante eorum N. ob quod fuit diſpenſatus cum clauſula citra prҫiuditium probatorum, tortus grauiſſimè, & negatiuus, & nehilominus condemnatus ad commurandum per annos quinquè in caſtro Ciuitatis Nicoſiæ, & per alium quinquennium de non accedendo ad ſtatum N.

Qui ſumma ratione intendit in præſentiarũ declarari facere per M. C. ſibi fuiſſe illatũ grauamen per D. N. eiuſq; cõſultorem in cauſa.

Quia non ſolum nõ potuit torqueri cũ clauſula, verum etiã non fuit locus torturæ, & multo minus potuit condemnari.

Conantur probare accuſatores prætenſum mandatum ad occidendum per binos mandatarios, alterum vocatum Ioan. Domenicum de Aleſſandro condemnatum ad mortem, & tortum tamquam cadauer, alterum nominatum Michaelem Calabrella alias Carreri deponentem cum actu impunitatis impetrato ad inſtantiam acuſatorum.

Dico quod per eos, neq; inditialiter proba-
1 tur mandatum quia tunc duo † mandatarij faciunt inditium ad torturam contra mandan-
tem quando fuerint conteſtes circa idem man-
2 datum, cum vnius † dictum coadiuuaretur
3 ex dicto alterius ſecus ſi † fuiſſent ſingulares
quæſt. 44. num. 10. fol. 457. At circa ſubſtantiam mandati ſunt ſingulares prætenſi mandatarij, quia N. confitetur fuiſſe poſitum in diſperatione ex proſequutione quam ei faciebat dictus N. & vti diſperatus acceſſit ad dictum de N. expoſuitq; ſuam voluntatem occidendi N. qua audita, eam dicto de N. laudauit, eumdemq; animum propelauit dicto N. alteri prætenſo mandatario, qui ambo accedentes ad dictum de N. & opinionem eorum manifeſtantes iterum laudauit eam, N. vero deponit de mandato cum promiſſione vnz. 20. nullam faciens mentionem de diſperatione, & animo deliberato, quem habebat dicto N. occidendi N. Tanto magis quia iſte N. iam bannitus obtulit parti accuſatrici deponere, & reuelare mandatum, ac etiam Curiæ prҫſentare dictum N. occiſorem correum etiam bannitum, ſi impunitas promiſſa fuerit, vt colligitur ex ſupplicatione partis accuſatricis Principi porrecta, & inſerta in literis Viceregijs de licentia actus impunitatis, datis Panormi die 16. De-
4 cembris 8. Ind. 1594. Cui † quidem ſocio criminis reuelanti per impunitatem à Iudice, & parte promiſſam, vti corrupta nihil eſt creden-
5 dum, niſi id † quod dixerit aliundè probauerit, proſp. Farin. in quæſt. crim. quæſt. 99 nu. 192. circa fin. verſ. ſecundo caſu fol. 456. Boſſ. in prat. crim. rub. de oppoſit. contra teſtes, num. 21. fol. 251.

Quibus ſatis confert quia dicto de N. in ſuis defenſionibus probauit, qualiter dicti prҫtenſi mãdatarij patiuntur plures alios defectus, quia viles, pauperes, fures, campaniæ diſcurritores, plures in ea perſonas captiuantes, & homici-
6 diarij, Vnde non creditur † etiam in crimine lҫſҫ Maeſtatis, & in his in quibus veritas aliter haberi non poſſet, Proſp. Farin. quæſt. 43. nu. 178. fol. 454. vbi loquitur de ſoccio criminis, paupere, minore, & luſore, Burſa. conſ. 192. nu. 21. & 22. vol. 2. & conſ. 239. num. 42. vol. 3. vbi
7 ampliat, ſufficere † duos defectus, ac etiam ſi
8 † eorum dictũ cõprobauerint cũ tortura, quia
9 tortura in habilitatẽ † tollit, non plures, Maſc. vol. 1. de probat. concl. 462. nu. 25.

Addito,

Addito, quòd confeſſio N. prętenſi manda-
10 tarij fuit extorta per immoderatam † torturam
datam cum lapide appenſo pedibus, quæ non
debet mandanti nocere, Proſp. Farin. quæſt.
44. num.29. in fin. fol.458. Ioan. Mar. Mon-
11 ticell. reg. crim.5.num.4. Quæ † tortura cum
pondere pedibus alligato non ſolet inferri niſi
in delictis læſæ Maieſtatis, hæreſis, & euerſio-
nis ſtatus, Foll. in pratt. crim. in verſ. rei indu-
rati torqueantur, num. 17. verſ. quintus, & vlti-
mus, quem refert Burſ. conſ.191. num.82. vol.
2. Farin. quæſt. 38. nu.49. 50. & 51. fol.403.

Et dato & non conceſſo, quod expreſſim de
mandato conſtaret, tamen propter inimici-
tiam quam habebat ipſe N. cum N. præſumi-
12 tur † magis illum interfeciſſe propter propriā
inimicitiam, quam propter inimicitiam do-
mini, & eius mandato, ite in terminis cōſuluit
Alciat. conſil. 478. num. 4. arg. l. & magis, ff.
de ſolutio, inimicitia vero inter occiſorem
& occiſum probatur ex confeſſione eiuſdem
occiſoris coadiuuata relatione N. dictæ Ciui-
tatis N.

Et cum eſſet N. homicidium alias facturus
13 ponendus eſſet de † conſilio mandans, & ſic
pœna extraordinaria Iudicis arbitrio, Bal. in l.
1. nu.9. circa fin. C. de ſeru. fugit. Felin. in cap.
1. nu.8. Ibique Dec. & Imol. extra de off. deleg.
vbi teſtatur communem opinionem, Dec. in
l. conſilij, nu.4. ff. de reg. iur. ibiq; etiam Hiero.
Cagnol. à Placa epit. delict. cap.17. ſub num.8.
14 Si pœna † extraordinaria teneretur non pote-
rat ante concluſionem proceſſus contra eum
procedi ad torturam, quæ non ſolet inferri niſi
in caſibus a relegatione ſupra, & ex proceſſu
potuiſſet condemnari à relegatione infra, vt
dixi in meo ſing. 234. lib. 1.

Et re vera verba prolata ab iſto de N. non
15 inducunt mandatum, ſed potius ſunt † exhor-
tatoria, monitoria, comendatoria, laudatoria,
perſuaſoria, & cōſilij, Maſcar. vol.2. de probat.
concl. 866. num. 4.5.6.7.8.10. & 11. vt appa-
ret ex verbis confeſſionis N. occiſoris prętenſi
mandatarij, ibi ſi lo voi ammazzari ammazza-
lo, & ibi quando l'hauiſſiuo d'ammazzare non
l'ammazzati innante teſtimonij, ma di matina,
oy di ſera, Non obſtant alia inditia quæ cum
aſſertione prætenſorum mandatariorū cumu-
lantur, & primo inimicitia inter dictū de N.
& N. item familiaritas occiſoris cum d. de N.

Quia tollitur dictum indictium ex inimici-
tia eiuſdem famuli occiſoris, quam habebat cū
16 occiſo ob quam † magis præſumitus occidiſſe,
quam ex præcedenti prætenſo mandato etiam
quod aſſeratur fuiſſe probatū ex Alciat. & alijs
de quibus ſupra, & facit quod not. Farin. quęſt.
49. num. 114. fol.508. vbi dixit quod inimici-
17 tia † non facit inditium quādo offenſus habe-
bat plures inimicos.

Non obſtant minæ præcedentes iſtius de N.
dum dixit, ſtu cani iudio traditori di N. m'ha-
ue fatto trauagliare tanto, como nexo lo mitti-
rò à parte, che non competirà più con mia, e ci
farrò pagari tutti li ſpiſi, e l'accuſirò innanzi lo
Viſcouo di Catania di ſimonia, e ſodomia, vt
colligitor ex depoſitionibus N. & N.

Quia iſte minæ magis denotant vindictam
18 iuris quàm facti, imò ſi mine eſſent † dubiæ, &
equiuocæ deberent potius interpetrari de iuris
vindicta, Proſp. Farin. quæſt.50. nu.18. vbi te-
ſtatur com. opin. Auall. conſil.11. nu.37. vol.3.
Menocch. par. 1. de pręſum. quęſt 89. num.66.
Crauett. conſil. 151. nu.18. verſ. facit quod vol.
1. Tanto magis quia minans eſt doctor, qui pręſ-
ſumitur iuris viam qualem profitetur in vendi
cando magis amplecti, quam facti.

19 Item minę vt † faciant inditium debent eſſe
in ſpetie prolatæ, & inde ſequi delictum mina-
rum in eadē ſpecie, vel ſaltim tale, quod poſſet
comprehendi ſub verbis minātis, Proſp. Farin.
quæſt. 50. num.23.24.25. & 26. fol.511. Dec.
conſil. 188. nu.17. Menocch. par. 1. de pręſum.
quæſt.89. num.61. In caſu noſtro non ſunt ta-
les ergo, &c.

20 Item debent † eſſe prolatæ à temerario, po-
tente, & ſolito minas exequi, Dec. conſil. 188.
num. 17. Maſcar. vol.2. de probat. concl. 1057.
num. 14. vbi teſtatur com. opin. quod non eſt
probatum cōtra iſtum doctorem, nec talis pręſ-
ſumendus erit.

21 Item minæ † non faciunt inditium, quando
occiſus haberet alium inimicum, Farin. in d.
quęſt. 50. num. 12. At conſtat pleniſſime de in-
imicitia alterius cum N. ſcilicet N. occiſoris
ergo, &c.

Non obſtat vltimum inditiū famę quæ tunc
22 † facit inditium quando legitimè probaretur,
Proſp. Farin. quæſt.47. no.36.

23 Legitimè probata dicitur fama, quādo † te-
ſtes deponerent audiuiſſe à maiori parte popu-
li, ſecundum Bar. vel ſufficeret ſi publicè audi-
uerit ſecundum Bal. Item ſiue interrogati ſiue
24 † nō debent nominare eos a quibus audiuerūt,
quia poterit habere originem à perſonis male-
uolis, & ab his qui nocere cupiunt, Item debet
25 † eſſe vniformis, Item debet eſſe orta ex aliqua
cōiectura cauſa, vel ratione, quia alias tamquā
vana vox, & vanus rumor populi minime eſſet
26 attendēdus, Item debuit habere ortum † tem-
pore cōmiſſi delicti, Proſp. Farin. in quęſt.47.
nu.153. & ſequ. Clar. in pratt. crim. §. fin. quęſt.
6. verſ. ſed quoniam, & verſ. poſtremo ſcias vbi
27 dicit quod adeo † eſt difficilis probatio famę vt
uix ſufficerent ad eam rectè probandam teſtes
qui eſſent iuris periti, Quæ requiſita non inue-
niuntur, coppulatiuè probata in proceſſu con-
tra iſtum de N. ergo minimè dictum inditium
debebit ſuffragari.

Ex quibus apparet, quod cum non fuiſſet locus torturæ eam intulerunt grauiſſimè tribus vicibus, die intermedio, & cum clauſula, vt froccula pectoris remanſerint fracta ex relationibus medicorum receptis 25. Settembris 8. Indict. 1595.

Quapropter Magna Curia declarauit fuiſſe illatum grauamen.

ARGVMENTVM.

Opponuntur plura cōtra ſententiam reddendi compotum adminiſtratæ tutelæ per tertium poſſeſſorem bonorum ipſius tutoris, & fideiuſſoris.

SVMMARIVM.

Actio præſupponit obligationem, nu. 1.
Terius nō poteſt cōueniri nō diſcuſſo principali, nu. 2. niſi inceperit poſſidere pendente iuditio, nu. 3.
Litigeoſi vitium non inducitur ex alienatione facta ex cauſa dotis, num. 4. ſiue dos conſtituatur ſiue reſtituatur, num. 5.
Litigioſi vitium non inducitur ex alienatione neceſſaria, num. 6.
Actio tutelæ eſt perſonalis, nu. 7.
Tutores dicuntur obligati ex quaſi contractu, nu. 8.
Litigioſi vitium non contrahitur ex actione perſonali, nu. 9. nec ex actione hypoticaria ad rem aliquam, num. 10.
Litigioſa res efficitur per ſolam citationem in actione reali vbi petitur res ratione dominij, vel quaſi directi, vel vtilis, nu. 11.
Litigioſa res efficitur demum lite conteſtata in actione perſonali in rem, nu 12.
Litis conteſtatio in cauſis ſummarijs quo pacto fiat, num. 13
Litis conteſtatio non inducitur per libelli præſentationem, nu. 14. ſed per termini donationem nu. 15.
Actio perſonalis non ſequitur fundi poſſeſſorē, nu. 16.
Heres fideiuſſoris non poteſt conueniri non diſcuſſo tutore, num. 17.
Inuentariū probat bona extare in hæreditate, nu. 18.
Acta faciunt rem notoriam, nu. 19.
Clauſula vt bancus operatur renuntiationem exceptionis diſcuſſionis, nu. 20.
Fideiuſſor qui renuntiauerit exceptioni diſcuſſionis ad quem pecuniæ non peruenerint poſſet offitiū iudicis implorare, vt ſuis expenſis principalis excutiatur & interim iuditium ſuperſedere, nu. 21.
Bona prohibita alienari vtrum confiſcari voleant, num. 22.
Verba in fine capituli poſita trahuntur ad principium ipſius ex identitate rationis, nu. 23.
Argumentum eſt validum de contractu ad delictum, & è contra, nu. 24.
Coppula operatur vt in præcedenti intellegatur illa qualitas quæ in ſequenti proximo ponitur, nu. 25.
Præcedētia influunt in ſequētibus, & è contra, nu. 26.
Fideicommiſſum inducitur ex prohibitione alienationis contemplationę certarum perſonarum, nu. 27.
Regula in cauſa appellationis, non deducta, deducam, & non probata probabo, nu. 28.
Ius ſoperueniens lite pendente ex cauſa de præterito iuditium conualidat, nu. 29.
Legitima non recipit aliquod onus, nu. 30.
Bona alienata competantur in legitimam, nu. 31.
Res empta ex pecunia dotali, quando efficiatur dotalis, num. 32. 33. & 34.

DECISIO XXXVIIII.

FVit heſitatum in Magna Curia vtrum ſententia lata in fauorē Donnæ Dianæ Romano, & Dainotto in iuditio appellationis Ciuitatis Meſſanę contra Donnam Dianam Stizzia, & conſortes debeat omninò reformari, & videtur quòd ſic ex ſequentibus.

Primò quatenus ſententia cōdemnat dominam Franciſcellā prægandi ad reddēdum compotum adminiſtratę tutelę per condā Pompeū Spatafora, filiorū condam Anibalis Dijnotto.

Cum dicta Frāciſcella nec tutelam prędictā adminiſtraſſet, nec fideiuſſiſſet pro tutore, nec eiuſdem fuerit hęres, nec aliquo pacto obligata
1 reperiretur, vnde non data † obligatione non potuit pręſupponi actio, & minus potuit ſequi cōndemnatiō, arg l. licet, §. ea obligatio, ff. de procur. & in expreſſo docuit Prouinz. in add. ad reper. Bertacch. in ver. tutor.

Secundò debet reformari ſentētia prędicta, quatenus domina Frāciſcella, & Donna Diana fuerunt condemnatæ ſuper bonis condā Ceſaris Daijnotto eius viri, & patris.

Nam quo ad dominam Franciſcellam licet poſſidiſſet bona cōdam Ceſaris fideiuſſoris, vti
2 † tertia non potuit impeti non diſcuſſo principali auth. hoc ſi debitor, C. de pignor.

Non obſtat quod res fideiuſſoris hypoticatę pendente iuditio fuerint tranſlatæ in dominā
3 Franciſcam, vnde licet tertia abſq; † diſcuſſione fideiuſſoris, vel principalis potuiſſet conueniri, ex Ant Gabriel. lib. 7. concl. tit. de fideiuſſ. concl. 1. num. 48. vbi teſtatur com. opin. Pariſ. conſ 80. nu. 44. vol. 1.

Quia reſp. primo quia domina Franciſcella poſſidet ex cauſa dotis, vnde dato citra veri pręiuditium quod alienatio fuiſſet ſequuta lite cōteſtata, vel tranſmiſſa legitima citatione ſecundum aliam opinionem, cōtra prętenſam hęre-
4 dem fideiuſſoris ex † cauſa prædicta dotis non inducit vitium litigioſi, l. fin. in fin. verſ. his qui vel dotis nomine, C. de litigioſ conſtit. Regni corū fraudibus in fin. rub. de alien. rer. in iudit. deductar. lib. 2. Natt. conſ. 401. ſub nu. 1. vel. 2.
5 vbi ſubdit procedere ſiue † dos conſtituatur,

ſiue

ſiue reſtituatur, quę refert, & ſequitur Lancell.
de attent. cap. 4. de attent. lite pende nu. 464. &
465. gloſſ. in l. ante diuiſionē, vbi Bal. C. de iure
dot. Angel. in auth. de litigio. in prin.

Secundo reſpondeo quia alienatio in domi-
nam Fråciſcellam fuit neceſſaria, vt apparet ex
ſecundo decreto recepto die 22. Ianuarij 1592.
6 ex qua † non inducitur vitium litigioſi, Bal. in
l. lite pendente, nu. 2. verſ. fallit, C. de litigioſ.
per tex. in fin. ff. de alien. iud. muta. cauſa facta,
l. ſi poſt acceptum, ff. de rei vend. Afflict. in conſt.
eorum fraudibus, nu. 17. verſ. decimus tertius
per l. pe. ō, §. pręciū, ff. de lega. 2. l. 1. ff. de fund.
dota. Bart. in l. inter quos, §. ſi dominus circa
med. ff. de dam. infe. & nouiſſime doctiſſ. Ioan.
Franc. à Ponte conſ. 55. nu. 40.

Tertiò reſp. cum † actio tutelę ſit perſonalis,
7
8 & tutores videantur † obligati ex quaſi contra-
ctu; §. tutores inſtit. de obligat. ex quaſi con-
tractu, & inſtit. de action. §. omnium, Et quan-
9 do agitur † actione perſonali non impeditur
rerum alienatio, nec per eam vitium litigioſi
inducitur, Rober. Lancell. de attent. cap. 4 de
attent. lite pende. num. 481. & 482. vbi teſtatur
com. opin. Iulius Scarlatinus inter conſ. Beroi,
conſ. 177. nu. 18. vol. 1. vbi etiam fatetur hanc
eſſe com. opin. Surd. deciſ. 172. nu. 3. vbi teſta-
tur com. opin. Roma. conſil. 270. num 3. Abb.
conſ. 110. col. pen. verſ. reſtat examinare vol. 2.
Couarr. pract. quęſt cap. 15. num 6. Guid. Papa
quęſt 479. Crauett. conſil. 279. Oſaſc. deciſ. Pe-
10 dem. 144. num. 7. Quinimò ſi agatur † actione
hypotecaria ad rem aliquam pendente iuditio
non prohiberetur eius alienatio, eaquè ſequuta
non induceretur vitium litigioſi; Affl. in conſt.
eorum fraudibus, nu. 13. verſ. 69. caſus, Couarr.
lib. pract. quęſt. cap. 15. ſub num. 6. per auth. de
litig. in prin. & auth. litigioſá, C. de litigioſ.

Quartò reſpondeo, licet in actione reali, vbi
petitur res ratione dominij, vel quaſi, directi,
11 vel vtilis, efficiatur † res litigioſa per ſolam le-
gitimam citationem, Couarr. pract. quęſt cap.
15. nū. 6. vbi teſtatur in hoc vllam eſſe conten-
tionem inter vtriuſq; iuris interpetres, Rober.
Lancell. de attent. cap. 4. rubr. de attent. lite
12 pend. nu. 483. Tamen quando actione † perſo-
nali in rem petitur dominium rei directum vel
vtile, ſequuta demum litis conteſtatione effici-
tur res litigioſa, Couarr. dict. cap 15. nu. 6. circa
fin. gloſſ. in ver. iuditium, l. quamquam, §. 1. ff.
de aqu. pluu. arcend. Angel. in auth. de litigioſ.
col 2. Imol. Dec. & Ripa in cap. cum M. ſuper
gloſſ. fin. extra de conſtit. Et in nostro themate
fuit actū actione perſonali ergo requiritur litis
conteſtatio ad inducendum vitium litigioſi.

Et quod fuit facta adiudicatio per dominam
Franciſcellam bonorum condam Ceſaris eius
viri poſt citationem, ſeu vocationem ad iudi-
tium, & incuſatā cōtumatiam die 22. Ianuarij
1592. ante tamen litis cōteſtationē, patet, quia
13 in † ſummarijs cauſis ſecundū formam nouiſſi-
mæ pragm. litis conteſtatio non inducitur per
citationem, ſed per alios actus, qui in ordinato-
rijs non ſolent, nec poſſunt fieri niſi lite conte-
ſtata, Corſett. in quæſt forenſ lib. 2. quæſt 15.
num 5. verſ. vt igitur ſol. 209 vbi teſtatur hanc
eſſe veriorem, & receptiorem doctorū ſenten-
tiam, quia (inquit) poſt citationē, & vocatio-
nem ad iuditiū ſolent opponi exceptiones dila-
toriæ, & aliæ præparatoriæ iudiij, quæ ante
litem conteſtatam tractantur.

Nequè inducitur litis cōteſtatio per pręſen-
tationē libelli in noſtro themate die 4. Ianuarij
5. Ind. 1592. Quia licet reperiantur, qui dixe-
14 rint per † pręſentationem libelli parte citata li-
tem conteſtari, Tamen ſecundū veriorem opi-
nionem, & in praxi obſeruatam, lis conteſtatur
15 per † termini dationem, ex quo tunc incipiunt
tractari merita cauſæ, Arno probl. 85 circa
fin. & in pract. iudit. cap. 35. circa mediū, quem
ſequuti fuimus ſuper bull. quęſt. fin. num. 4. Et
dato circa veri pręiuditium quod fuerit lis con-
teſtata per libelli pręſentationem militabunt
aliæ tres irrefragabiles reſponſiones.

Quæ benè aduertens Iudex appellationis
Nob. Ciuitatis Meſſanæ circa perſonam tantū
D. Ioſeph. Sforzia viri Donnæ Dianæ in quem
fuerant tranſlata omnia bona condam Ceſaris
Daijnotto, & dictę dominę Franciſcę ex cauſa
dotis die 28. Ianuarij 5. Ind. 1592. illum libe-
rauit. & abſoluit in priori ſentētia indebitè cō-
demnatum, cum omnia prędicta iura quæ mili
tant pro domina Franciſca vendicent ſibi locū
in dicto condam D. Ioſepho videlicet quia nō
adminiſtrauit tutelam, nec hęres fuiſſet tutoris
vel fideiuſſoris, ſed in eum titulo particulari, &
16 oneroſō fuerunt bona tranſlata, & actio † per-
ſonalis non ſequitur feudi poſſeſſorem, vulg. l.
1. § ſi hęres, ff ad trebell. quam refert. Io. Franc.
a Ponte conſ. 82. nu 23. nec actione hypoteca-
ria potui conueniri nō diſcuſſis bonis tutoris,
eiuſquè fideiuſſorum, & quatenus exceperetur
de vitio litigioſi replicatur quia in dote conſti-
tuenda nō datur vitiu litigioſi, nec cōtrahitur
in actione perſonali ad rem, vel hypotecaria in
quibus ſumus, vt ſuperius oſtenſum fuit.

quo ad Donnam Dianam vxorem prædicti
D. Ioſeph vti pręrenſam hæredem fideiuſſoris
17 videtur etiam non potuiſſe condemnari, non †
diſcuſſo tutore, nec eius hæredibus, §. 1. auth.
de fideiuſſor. quem adducit gloſſ. in ver. elige-
re, l. 1. C. de fideiuſſ tut. vel. curat. Tanto magis
quia notoriè conſtat exiſtere bona ſufficientia
18 condā Pompei Spataforæ tutoris, ex † inuenta-
rio hęreditario, & alijs inſtrumētis in proceſſu
19 deductis quæ faciunt † notoriā probationē, &
manifeſtiſſimā, Tiraq. in tract. de retr. lign. §. 2.
glo. 5. ſub nu. 20. Marc. concl. 938. in prin.

Non

20 Non obſtat quod per † clauſulam vt bancus
adiectã in fideiuſſione dicti Ceſaris videtur re-
nuntiatum dictæ excuſſioni, ſeu exceptioni de
principali primò cõueniendo iuxta interpetra-
tionem cap. Regni Regis Alpho. fol. 271.

Quia reſp. notabiliter, quod tàm in caſu prę-
dicto, quàm in omnibus alijs caſibus in quibus
de iure nõ requiritur diſcuſſio principalis, po-
terit fideiuſſor, vel alius ad quem res, vel pecu-
21 nię petitę nõ peruenirint, & † ſecũdario onus
pertineret, excipere, & implorare Iudicis offi-
tiũ, vt diſcuteret principalẽ proprijs expenſis,
& interim ſupraſederi iuditium, Franc. Burſa.
conſ. 112. num. 21. vol. 1. vbi teſtatur hanc eſſe
com. opin. Bar. in l. cum in plures, §. veſtimen-
ta, num. 1. verſ. ſed ex iſto, ff. commod. Paul. de
Caſtr. in l. ſi vt certo, §. ſi duobus, nu. 17. ff. eod.
vbi ſubijcit ita in prattica obtinuiſſe, Roma.
conſil. 114. nu. 4. vbi Horat. Mandoſ. in add. in
litera B. Andre. Barba conſ. 43. col. 5. ſub nu. 5.
verſ. & adduco elegans lib. 2. add. ad Abba. in
cap. 2. num. 5. in litera D. circa prin. verſ. item
adde extra de fideiuſſor. quem refert, & ſequi-
tur Ant. Gabr. lib. 3. concl. tit. de fideiuſſ. concl.
1. nu. 43. Quicquid dixerit Bal. in l. 1. in fin. C.
de cõuent. fiſci debitor, lib. 10. vbi nihil allegat
pro ſe, contra l. illam, vbi Iaſ. C. de collat. Et in
exceptionibus fuit oppoſita diſcuſſio cum clau
ſula in omni meliori modo, ergo, &c.

Et multo minus bona condam Ceſaris dato,
& non conceſſo quod fuerint poſſeſſa, vel poſ-
ſiderentur per dict. Donnam Dianam potue-
rint hypotecata declarari, ex fideicommiſſo de
quo ſtatim inferius.

Nam condam Ioannes Thomas Daijnottus
V. I. D. cũ inſtituiſſet hæredes vniuerſales di-
ctum Ceſarem, & alios duos filios Anibalem,
& Scipionem, nec non hęredes particulares fe-
ciſſet duas alias filias Lucretiam, & Iſabellam
prohibuit perpetuò bona omnia peruẽtura ad
prędictos hæredes vniuerſales, & particulares
eorumq; hęredes, & ſucceſſores vendi obliga-
ri, hypotecari, ac quoquñq; alienationis modo
alienari, ſiue quo ad dominiũ, ſiue quo ad poſ-
ſeſſionem, ſiue directè, ſiue indirectè, eaq; mi-
nimè confundi poſſe cum dotibus, & donatio-
nibus propter nuptias vxorum hęredũ vniuer-
ſalium, vel virorum, hæredum particolarium,
non obſtante quoquñq; ſtatuto, vel conſuetu-
dine in contrarium diſponente quibus deroga-
ri voluit, vt ex teſtamento ſollemni apparet in
actis Dominici Sauoia aperti die 7. Martij 14.
Indict. 1555.

Et licet ex ſola prohibitioni alienationis nõ
inducatur fideicommiſſum in caſu contrauen-
tionis etiã inter plures honoratos, Març. Ant.
Peregr. in tract de fideicomm. art. 14. nu. 2. fol.
128. vbi teſtatur comm. opin. Ant. Gabr. lib. 4.
concl. tit. de fideicomm. concl. 9. ſub nu. 3. vbi
etiam fatetur hanc eſſe magis com. opin. Quic-
quid dixerit glo. in ver. filijs ſuis, l. codicillis, §.
inſtituto, ff. de leg. 2.

Tamen teſtator in noſtro themate non ſtetit
in mera prohibitione alienationis, ſed diſpo-
nendo, in caſu contrauentionis vocauit certas
perſonas dum ſubdit in eodem capitulo, quod
ſi aliquis ex ſuis hęredibus vniuerſalibus, & par
ticularibus, eorumq; hęredibus, & ſucceſſori-
bus in perpetuũ, & infinitum aliquod delictũ
commiſerit propter quod venirent bona con-
fiſcanda, quod tunc bona prędicta intelligan-
tur tranſlata per annum vnum ante delictũ in
vocatos, & vocatas in dicto teſtamanto, eorũq;
hæredes, & ſucceſſores in infinitum, & in per-
petuum quaſi teſtator iuris peritus, & expertiſ-
ſimus pluribus vicibus Iudex Magnæ Curiæ
ſciens varias ſententias doctorũ in illo articulo
22 vtrum bona † prohibita alienari, confiſcari va-
leant, quas refert Clar. in §. fin. quæſt. 78. verſ.
item quęro, ad euitandas prędictas omnes con-
trouerſias diſpoſuit in vno eodemquè capitulo
& ferè cõtextu, vt bona prędicta quæ ante pro-
hibuerat alienari ex cõtractu nõ poſſent ex de-
licto diſtrahi, & in caſu delicti quo bona veni-
rent cõfiſcanda ſuccederent vocati per dictum
teſtatorẽ, eorumq; deſcendentes de ſuo corpo-
re legitimè deſcẽdentes, quaſi in eos per annũ
antea tranſlata prędicta bona videantur.
23 Vt ſic † verba in fine capituli poſita trahan-
tur ad principium ipſius ex identitate rationis,
Bart. in l. talis ſcriptura, §. fin. ff. leg. 3. quem
ſequitur Marc. Anto. Peregr. in tract. de fidei-
com. art. 16. nu. 107.

Ratio autem videtur eadẽ in alienatione ex
24 delicto, & contractu, cum de † contractu ad
delictũ, & è cõuerſo licitè argumẽtetur, l. om-
nẽ, ff. de iud. iuncta glo. l. hęres abſens, ff. eod.
Curt. iun. de feud. par. 15. num. 13. in fin. l. 2. §.
fin. de cuſtod. reo.

Quod etiã demoſtrat dictio, & adiecta inter
prohibitionem alienationis ex contractu, & ex
delicto, dum dixit teſtatur, poſtquã alięnatio-
nem ex cõtractu prohibuerat, & ſi forte ex hę-
redibus, tam vniuerſalibus, quàm particulari-
bus, & eorum earumq; hęredibus, & ſucceſſo-
ribus in perpetuũ, & in infinitũ aliquid forſan
quod Deus auertat delictum, ſeu culpam com-
micteret propter quod, ſeu quam eius bona ve-
25 nirent alicui fiſco incorporanda, Quæ † cop-
pula operatur vt in pręcedenti intelligatur illa
qualitas, quæ in ſequenti proximo ponitur,
Marc. Ant. Pereg. in tract. de fideicom. art. 16.
num. 29. circa med. verſ. imo fortius per gloſſ.
l. ſi ſic, ff. quemadm. ſeruit. ammict. l. fin. ff.
de reb. dub.
26 Nam ſicut † pręcedentia influunt in ſequen
tibus, ita ſequentia videntur repetita in pręce-
dentibus, Hiero. Gabr. conſil. 98. nu. 17. & ſeq.
vol. 1.

vol. 1. per not. in cap. ſecundo requiris extra de appell. & l. 3. §. 1. ff. de lib. & poſth. Menocch. de arb. iud. lib. 2. caſ 64. nu. 19. & conſ. 216. nu. 207. vol. 3. Bart. in l. ſi quis ex argentarijs, §. initium, nu. 3. ff de eden. Roma. ſing 665 in fin. Matheſil. not. 32. Dec. cõſ. 500. nu. 8. Gozzad. conſil. 82. num. 13. Iaſ. conſil. 64. col. vlt. lib. 1. Decian. reſp. 7. nu. 18. vol. 5.

Vndè ſi vocati in caſu alienationis ex delicto cẽſentur vocati in caſu cuiuſlibet alienationis, ex contractu da quo in principio capituli,
27 abſq; dubio ex tali † prohibitione alienationis cõtemplatione certarum perſonarum inductũ cenſetur fideicommiſſum in perſonas vocatorum in caſu cõtrauentionis, Peregr. in tract. de fideicom. art. 14. nu. 3 per l. pater, §. quindecim ff. de leg. 3. Bart. in l. filius familias, §. diui, circa prin, vbi ſedes materiæ, ff. de leg. 1. atq; ita poſſidens Donna Diana omnia bona ex fideicommiſſo ſui aui, non potuerunt eadẽ declarari hypotecata, vel nouiter declarari; Et potuit Donna Diana titulũ ſuæ poſſeſſionis ad ſuã defenſionẽ mutare, cũ ſimus in cauſa appellationis
28 in qua nõ † deducta deducã, & nõ probata probabo, l. per hanc, C. de appellat. l. 3. §. ex pluri-
29 bus, ff. de acqui. poſſ. Et ius † ſuperueniens lite pendente ex cauſa de preterito iuditiũ cõualidat, Ant. Gabr. lib. 2. concl. tit. de iud. concl. 2. nu. 1 l. ſi rem, §. fin ff. de pignor. act. glog. l. ſi mandauero tibi vt a titio, ff mand. gloſſ. l. non poteſt; ff. de iudit.
30 Non obſtat quod legitima † Ceſaris non recipit aliquod grauamen, l. quoniã in prioribus, C. de inoff. teſtam. Ant. Gabr. lib. 6. concl. tit. de legitima concl. 1. nu. 1.

Quia reſp. quod fuerunt alienata bona ſatis vltra legitimam per d. Ceſarem in cõdam Anibalem eius fratrem ex cuius perſona veniunt
31 actores; quæ in † legitimam imputari debebunt, Peregr. in tract. de fideicom. art. 39. num. 4. Alex. conſil. 178. col. 3. vol. 5. Ruin. conſil. 135. num. 11. vol. 3. Cephal. conſ. 189. & conſ. 624. nu. 7. & 8.

Neq; obſtat quod domus magna in contrata ſiele vendita ab Anibali, V. I. D. de nocilla vti redempta à cõdam Ceſare potuit, vel poſſet hypotecata declarari.

Quia reſp. apparere fuiſſe emptam ex dotibus dictæ Franciſcellæ vxoris dicti cõdam Ceſaris eum voluntate dotantis iuxta pactũ adiectum in contractu matrimoniali vnde eſt effec-
32 ta † dotalis, cum præſupponatur emptio vtilis, vel nõ damnoſa vxori, l. ita cõſtante, & l. quod ſi fuerit, ff. de iure dot. Auall. conſ. 86. nu. 1. & 15. vol. 4. vbi ſubdit dictas leges etiã procedere
33 in † ſubſidium aliorũ bonorũ, Socc. Sen. conſ. 284. col. 1. ſub nu. 1. vol. 2. Ioan. Vinc. Honded. conſ. 14. nu. 50. Socc. Iun. conſ. 118. ſub nu. 11.
34 vol. 3. Licet regulariter res † empta ex pecunia dotali non efficiatur dotalis, l. ex pecunia, C. de iure dotium.

Neq; obſtat quod Franciſcella non obtinit poſſeſſionem rerum adiudicatarum, & ex cauſa poſteriori ſibi adiudicaſſet, quia, & ſi vera fuiſſent citra veri præiuditium nõ faciunt ad rem; quia ſiue ex cauſa anteriori, ſiue poſteriori fuiſſet facta adiudicatio tertia eſt Franciſcella, & non debuit impeti nõ diſcuſſo principali, item ſiue ſequuta fuerit poſſeſſio bonorum adiudicatorum ſiue nõ, tertij ſunt Franciſcella, & Don Ioſeph, & licet remanſiſſent bona pęnes Donnam Dianã pręten ſam hęredẽ obſtat exceptio diſcuſſionis cõtra principalem expenſis ipſius, & fideicommiſſum de quibus ſupra.

Quapropter per Magnam Curiam fuerunt abſoluti, correcta priori ſententia.

ARGVMENTVM.

Enuntiantur inditia aliqua aſſaſſinij.

SVMMARIVM.

Delicta regulariter probantur plenè duobus teſtibus, num. 1. amplia, nu. 2.
Maſcard. Calepinus probationum dici poteſt, nu. 3.
Probatio per coniecturas ſufficit ad probandũ ea, quæ clam, & occultè fieri conſueuerunt, nu. 4.
Teſtes innimici repelluntur abinitio, & recepti nullã fidem faciunt etiam in criminibus exceptis, nu. 5.
Teſtes non omni exceptione maiores admictuntur in delicto domi patrato, nu. 6.
Homicidij tractatus eſt difficilis probationis, nu. 7.
Teſtes in habiles admictuntur in ſubſidium in his quæ ex natura facti ſunt difficilis probationis, num. 8. ratio, nu. 9. declara, nu. 10.
Oppoſitiones contra teſtes debent pleniſſimè probari, num. 12.
Aſſaſſinij crimen equiperatur crimini leſæ Maeſtatis, num. 13. & 85.
Meretrix admictitur in teſtem in crimine leſæ Maeſtatis, nu. 14.
Teſtimonio iurato ſtatur, & non ſecundo extraiuditiali ſine iuramento, nu. 15.
Teſtis non poteſt reuacare atteſtationem in præiuditiũ partis, etiam in articulo mortis, nu. 16.
Teſtis aſſinis non eſt integer, nu. 17.
Innimicus affinis mei, eſt meus inimicus, nu. 18.
Identitas perſonæ teſtis debet conſtare per nomen, & cognomen, nu. 19.
Exequutio ſententiæ capitalis non debet nimis differri, num. 20.
Soccius delicti qui coniurationem factam pandit dicitur teſtis habilis, nu. 21.
Soccius delicti non dicitur qui mandatum ad homicidium non receperit, eſſetquè laudandus, & in teſtem recipiendus, nu. 22.
Principiũ menſis dicitur vſq; ad mediũ ipſius, nu. 23.

Princi-

Principiũ offitij dicitur vſq; ad mediũ ipſius, nu. 24.
Ratio diuerſitatis vbi reddi non poteſt idem ius eſt ſtatuendum, num. 25.
Teſtes ſunt adiuuandi, & reducendi ad concordiam, num. 26.
Teſtium depoſitiones interpretrari debent, vt falſitas euitetur, nu. 27.
Teſtes ſunt adaptandi ad id quod deponunt, nu. 28.
Numerus pluralis eſt contentus duobus, nu. 29.
Luſor non eſt idoneus teſtis, quando contra eum eſſet probata conſuetudo ludendi tempore depoſitionis, num. 30.
Ebrietas non repellit teſtem, niſi probetur, quod eſſet ebrius tempore teſtimonij, nu. 31. & 87.
Tortura purgat omnia crimina, num. 32. vt tortus, & negatiuus non poſſet dici criminoſus, nu. 33.
Pauper dicitur arbitrio Iudicis, nu. 34.
Teſtis pauperis fides non in totum reiicienda, nu. 35.
Teſtis patiens plures defectus non probat, etiam in caſibus vbi veritas aliter haberi non poſſet, num. 36. declara, nu. 38.
Teſtium depoſitione confortantur coniecturis, nu. 37.
Probatio per coniecturas neceſſarias requiritur in delictis difficilis probationis, nu. 39.
Probatio per coniecturas probabiles ſufficit in aſſaſſinio, nu. 40. arbitrio Iudicis, nu. 45.
Coniecturæ quales debeant eſſe in in crimine aſſaſſinij, num. 41.
Coniectura propriè eſt de re dubia, nu. 42.
Coniectura vndè deriuetur, nu. 43.
Inditia ad torturam ſunt Iudici arbitraria, nu. 44.
Arg. de toto ad partem, & è contra validũ eſt, nu. 46.
Aſſaſſiniũ probatur argumentis probabilibus, nu. 47. Etiam ad imponendam pænam mortis, nu. 48.
Canones non ſolent ad ſanguinem punire, nu. 49.
Cap. 1. de homicid. lib. 6. vt procedat quæ requirantur, nu. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. & 60.
Conatus deuentus ad actum proximum ſufficiet in aſſaſſinio, nu. 53.
Aſſaſſinium dicitur, etiam quod homicidium fuerit factum ad complacentiam, nu. 56. contra, nu. 57.
Chriſtianus quilibet præſumitur inter chriſtianos, num. 59.
Vir, & vxor ſunt eadem caro, & vnũ corpus, nu. 60.
Viricidium maius delictum eſt, quàm matricidium, num. 61.
Fama probatur per duos teſtes tantum, nu. 62.
Fama in delictis difficilis probationis facit inditium ad torturam, nu. 63.
Teſtis omni exceptione maior quis dicatur, nu. 64.
Teſtes deponentes ſuper fama, qualiter deponere debeant, nu. 65. & 66.
Copula carnalis non probatur ex confeſſione extraiuditiali adulteræ, nu. 67.
Atteſtationum ſingularium, tantum probant mille, quantum vna, nu. 68.
Præſumptio vna fortior tollit aliam, nu. 69.
Innimicitia varia non attenditur, quando conſtat de delinquente, nu. 70.
Fama mala in ſpecie præfertur bonæ in genere, nu. 71.
Præſumptio in ſpecie tollit præſumptionem in genere, num. 72.
Teſtes duo ſuper infamia deponentes, præferuntur etiã mille contrarium aſſerentibus, nu. 73.
Matrimonium illico contractum per vxorem inculpatam de iuridico eſt graue inditium, nu. 74.
Veſtium lugubrium dimiſſio eſt maxima præſumptio contra vxorem inquiſitam de morte viri, nu. 75.
Exteriora indicant animi ſecreta interiora, nu. 76.
Animus ex factis, & verbis oſtenditur, nu. 77.
Vxor non lacrimans de morte viri ſui eſt ſuſpecta de nece eius, num. 78.
Conſuetudo Catinenſis conſtituit bona vndequnq; queſita tripartiri natis, nu. 79.
Odium domeſticũ inter virum, & vxorem eſt grauis coniectura contra vxorem de viricidio, nu. 80.
Teſtis omni exceptione maior dicitur ille contra quem nihil oppoſitum nec probatum fuerit, nu. 81.
Inditium quodlibet remotum probari conuenit duobus teſtibus, nu. 82.
Seruus eſt idoneus teſtis in his quæ ſunt difficilis probationis, ſeu vbi probatio aliter haberi non poſſet, num. 83.
Seruus cum tortura eſt legitimus teſtis, nu 84.
Seruus in crimine læſæ Maeſtatis admictitur in teſtem num. 86.
Falſitatis ſpecies eſt inueriſimilitudo, nu. 88.
Indítia mãdati ad occidendũ plura, nu. 88. 90. & 95.
Contumacia, & bannũ arguit veritatẽ delicti, nu. 89.
Libertus eſt idoneus teſtis contra alios præter patronum, nu. 91.
Teſtimonium de auditu non eſt propriè teſtimonium, num. 92.
Accuſandi ius regulatur ſecundum ius ſucceſſionis, num. 93.
Tutor vnus non poteſt accuſare ſine alio ſi ambo coniunctim dati fuerint, nu 94.
Sollicitans de nece alicuius cum ad eum nõ pertineat, remanet valde inditiatus de homicidio, num. 95.
Aſſaſſinus punitur ommiſſo ordine regulari, nu. 96.
Deo non poteſt pinguior victima mactari quæ homo iniquus, num. 97.
Crudelis non dicitur, qui maleticos occidit, nu. 98.
Iuſtus lætabitur cum viderit vindictã, & manus ſuas lauabit in ſanguine peccatorum, nu. 99.
Publica lætitia turbatur, quando delinquentes nõ puniuntur, num. 100.

DECISIO. XXXX.

QVod debeat ſententia vltimi ſupplitij prolata per Magnam Curiam vti iuſtiſſima exequi contra iſtos pe Patania, & Principi probatur iure optimo ex infra dicendis. Primò quia mandatũ datum ab Agatha Patania Coſmo Principi pecunia mediante vt occideret eius virum probatur duobus conteſtibus Iacobo Brundo, vt in fol. proceſſus

proceſſus mihi 57. & Agatha Ruſſo fol. 17. Et
1 † delicta regulariter plenè probantur duobus
teſtib⁹, Clar. in pratt. crim. §. fin. quęſt. 66. verſ.
debes etiã ſcire, Ioſeph Maſcard. vol. 1. de pro-
bat. quęſt. 5. num. 117. cap. in omni, & cap. licet
extra de teſtib. l. vbi numerus, ff. eod. quam ad
ducit Auall. conſil. 81. nu. 12. vol. 2. Etiam non
2 omni † exceptione maioribus, quando delictũ
domi patratum fuiſſet (vt in caſu noſtro euenit
in quo mandatum fuit datum in domo Agathę
Brundo, & fuit etiam exequutum, & conſuma-
tũ in domo miſerandi occiſi) vt nouiſſimè do-
3 cuit Ioſeph Maſcard. (qui † vere omnium pro
bationũ Calepinus dici poteſt) in 1. vol. concl.
496. nu. 8. & reſpondit Roma. conſ. 351. nu. 7.
nec ab eo diſſentit Ant Gabr. lib. 1. concl. tit. de
teſtib. concl. 10. nu. 73. verſ. quarto principali-
ter limitat, vbi curioſe plures congeſſit cõcor-
dantes, nec diſplicuit Alex. in conſ. 176. col. 2.
verſ. & in hoc cõcludo in fin. vol. 2. vbi propriè
declarat caſum noſtrũ, in quo ex natura ipſius
facti alij teſtes interuenire non poterant, & in
conſ. 151. col. 2. in prin. verſ. nec ad hoc obſtat,
vol 5. & in conſ. 77. col. 1. in fin. verſ. nõ obſtat,
vol. 7. vbi etiam dicit quod ad probandũ ea quę
4 clam, & occultè fieri conſucuerunt, lex † eſt
contenta probationibus, quæ fiunt per conie-
cturas, & quæ haberi veriſimiliter poſſunt, &
in conſ. 24 col. 2 verſ. pro hoc bene facit vol. 2.
Niſi teſtes repellerentur ex capite innimicitię,
5 quia tunc etiã in † criminibus exceptuatis non
ſolum recepti nullam fidem faciũt, verum etiã
à teſtimonio repelluntur ab initio, Ioſeph Ma-
ſcar. vol. 1. de probat concl. 464. nu. 21.

Ex quo infero quod obiectiones, & excep-
tiones, quæ ex parte condemnatorum oppo-
nuntur aduerſus dictos teſtes nõ habent anni-
hilare eorum depoſitiones.

Primò enim opponitur aduerſus Agatham
Ruſſo quod eſt meretrix, cui reſpõdetur vltra
6 adductum axioma, & doctrinas, quod in † de-
licto domi patrato admictũtur teſtes nõ omni
7 exceptione maiores, Quia † tractatus homici-
dij eſt difficilis probationis, vt ſcripſit Farin.
quęſt. 18 nu. 105. At in his quæ ex natura facti
ſunt difficilis probationis, admictũtur in ſubſi-
8 dium † etiam teſtes inhabiles, ne delicta pro-
9 bationũ † defectũ impunita remaneant, Dec.
conſ. 342. nu. 3. vbi teſtatur hanc eſſe commu-
nem regulam, Anto. Gabr. lib. 1. concl. tit. de
teſtib. concl. 7. nu. 1. & 6. vbi ſubdit quod ſuffi-
10 ciet quod à † communiter accidentibus alij te-
ſtes haberi non poſſent.

11 Secundò reſpond. quia iſta † exceptio non
probatur plenè in proceſſu, nam licet Carolus
de Archangelo deponat de certa ſciẽtia in fol.
111. tamen Franciſcus Muxumarra deponit ex
12 dicto, vt in fol. 115. & † obiectiones teſtium
debent pleniſſimè probare, Ioſeph Maſcard.
vol. 1. de probat. concl. 1. nu. 16. Crauet. conſil.
169. num. 3. in fin.

Tertiò reſp. crimen aſſaſſinij (in quo nos ſu-
13 mus vt infra dicam) equiperatur † crimini lęſę
Maeſtatis pratt. Carrer. in § circa nu. 21. fol. 79.
poſt Marſil. in conſ. 19. & Gramm. voto 9. At
14 in † crimine læſæ Maeſtati admictitur mere-
trix, Ioſeph Maſcard. vol. 1. de probat. concl.
462. nu. 7. ergo, &c. vt in ſimili arguit Carrer.
in d. §. circa, nu. 21.

Secũdò opponitur aduerſus dictam Agathã
Ruſſo cõfeſſio extraiuditiali hic Meſſanę facta
coram Frãciſco Muxumarra, & Ioſepho Ruſſo
qualiter depoſuit falſitatem ad pręces Vincẽtij
Caudaruni, vt in fol. proceſſus 101. & 116.

Ad quod reſp. quia cũ primũ dicta Agatha
depoſuerit in iuditio, & cũ iuramẽto, & poſtea
15 extra iuditium, & ſine iuramento, debet ſtari †
primo dicto cum iuramento in fauorem partis
pro qua depoſuit, vt eidẽ pręiudicare amplius
16 non valeat, etiam † quod reuocatio fuerit facta
in articulo mortis, Clar in §. fin. quęſt. 54. verſ.
ſecũdus eſt caſus vbi fatetur cõmunem opinio-
nem, & docuit Bar. in l. ſi quis in graui, § ſi quis
moriens circa fin. ff. ad ſillea. & in l. eos, nu. 4.
ff. de falſis, Alex. in l. ſciendum, nu. 33. in fin. ff.
de verb. obl. Anto. Gabr. lib. 7. concl. de crim.
concl. 30. nu. 1. & concl. 32. nu. 1. Ioſeph Ma-
ſcard. vol. 1. de prob. concl. 359. nu. 32. Auall.
conſ. 16. nu. 7. vol. 1.

Et tanto magis in caſu noſtro in quo aſſertio
dictæ Agathæ non conſtat per teſtes integros,
quia eam atteſtatus Ioſeph Ruſſus affinis in ter-
tio gradu dictę Agathæ Patania cõdemnatę, vt
fatetur in principio eius depoſitionis fol. 100.
17 & † affinis non eſt teſtis integer. l. parentes, C.
de teſtib. vltra quia fuit iniuntus vti diſturba-
tor productionis a Don Ceſare Gregorio dele-
gato in cauſa, vt cõſtat in actis eius offitij, eſtq;
legatarius tam Lucæ Patania patris dictę Aga-
thæ, quàm dictę Agathæ, in teſtamento quod
fecit carcerata in caſtro Vrſino Ciuitatis Cata-
nię in quo etiã reliquit plura legata Ioſepho de
Xacca, Petrutię l'Arciachono, Deſiatę Migne-
mi, & alijs teſtibus nominatis in proceſſu, vti
informatis de aſſaſſinio prædicto carceratis in
præſentiarum hic Meſſanæ, vt legitur in actis
Notarij Alexandri Greco, & Damiano die 21.
Aprilis 5. Indict. 1592.

Item atteſtatus Frãciſcus Muxumarra, vt in
fol. 116. qui coram Magna Curia confeſſus fuit
eſſe innimicum meum, qui ſum ſororius accu-
18 ſatoris, & occiſi, & innimicus affinis † mei, eſt
meus innimicus, Bart. in l. ſi tutor, §. ſi tutor, ff.
de ſuſpe. tuto. Item fuit iniunctus Catinæ per
D. Ceſarem Gregorio delegatum in cauſa, vti
diſturbator productionis, Item fuit alias accu-
ſatus de homicidio voluntario cuiuſdam de bo
no accurſio, Item fuit aliàs iniunctus, & prohi-

bitus ob malos eius mores deferre arma defen-
ſiua, & offenſiua, Item fuit alias accuſatus de
furtis, item eſt ſcriba Aleſſandri la Turri ſoceri
dictæ Aghatæ, Item patitur alios defectus qui
fuerunt oppoſiti coram Illuſtriſſ. Præſidente,
& M. R. C. prout in proteſtationib⁹ cum pro-
ceſſu preſentatis.

Item pro depoſitione iudiciali dictę Agathę
contra aſſertionem extraiudicialem adſunt plu-
res coniecturę, & preſumptiones quia poſtquã
dicta Agatha Ruſſo fuit reperta hic Meſſanæ
tempore dati termini extraordinarij, & erat te-
ſtis quæ nimis factum ſtringebat, debebat co-
ram Magna Curia à parte aduerſa adduci vt re-
uocaret primam atteſtationẽ ſuam iuditialem
imò vocata à Magna Curia non comparuit, vt
cõſtat Magnæ Curiæ, & Illuſtriſſ. Preſidenti,
Et contra extrauditialem confeſſionem dictæ
Aghatæ Ruſſe eſt maxima preſumptio falſita-
tis quia dicti Ioſeph Ruſſo, & Franciſcus Mu-
zumarra teſtantur nõ cognoſcere dictam Aga-
tham Ruſſo, vnde potuit falſo ſupponi aliqua
mulier, quæ doloſè nomine dictæ Agathæ te-
ſtaretur, contra l. teſtium, vbi Bal. C. de teſtib.
19 cũ † debuit cõſtari de identitate perſonę ipſius
teſtis per nomen, & cognomen, Crauett. conſ.
169 nu. 4. circa med.

Tertiò opponitur quia dicta Agatha depo-
nit quod audiuit unũ ſaium predictũ tranſeun-
do de ſala domus dictę Agathę Brundo, & ſtan-
do in aula eiuſdem domus, & calumnioſè prę-
tenditur quòd dicta domus non habet aulam,
ſed tantum vnum corpus.

Ad quod reſpondetur quod in contrariũ eſt
veritas quia dicta domus habet ſalam ſimul, &
aulam ſalæ cohęrentem, & pars aduerſa verbis
veriſimilibus conatur prolongare exequutio-
20 nem ſententiæ, quam differre † iudicantes nõ
debent, cum interea multa contingere poſſint
ipſis iudicibus periculoſa, & reipublicæ dam-
noſa, vt admonet Clar. in §. fin. quæſt 97. verſ.
ſed pone circa fin.

Aduerſus autem Iacobum Brundo opponi-
tur, primo quod eſt complex delicti, Ad quod
21 reſpondetur primo quia complex † delicti qui
coniurationem factam pandit propter difficul-
tatem probationis ex ſuaptè natura criminis di-
citur teſtis habilis, & maior omni exceptione,
Dec. conſ. 342. nu. 3. & in verſ. & iſta concluſio
vol. 3. Ioſeph Maſcard. vol. 1. de probat. concl.
338. num. 6. limit. 4. Boſſ. rub. de manda. ad ho-
micid. num. 20. circa fin verſ. & non eſt verum
Gramm. voto 3. nu. 6.

22 Secundò reſp. quod non dicitur complex †
delicti qui mandatum ad homicidiũ non rece-
pit, ſed ſolummodo fuit requiſitus, & tentatus
de delicto, imò magis eſt laudandus, & in teſtẽ
legitimũ recipiendus, vt reſpondit ille (cui in
iure nihil fuit ignotũ) Bal. (inquam) conſ. 429.
circa prin. vol. 3. per l. ſi quis ſeruo, C. de furt.

Secundò opponitur quòd dictus de Brundo
depoſuit quòd in vltimis menſis Februarij, ſeu
in principijs menſis Martij, alterum ex vtroq;
affirmando acceſſit ad domum Agathæ Brun-
do eius ſororiæ, & intellexit mandatum prędi-
ctum datum per Agatham Patania, & receptũ
per Coſmum Principi, cum appareat dictum
Coſmum fuiſſe excarceratũ ſub fideiuſſione de
reddendo infra mẽſem, preſtita in Curia Capi
taniali CCC. pro quo interuenit fideiuſſor di-
ctus Iacobus Brundo die 11. Maij 5. Ind. 1592.
23 Quia reſp. quod principiũ † menſis dicitur
vſque ad medium ipſius, arg. eorum quæ not.
Bart. in l. 2. & ibi Alex. in apoſtill. ff. de furt. &
in l. 1. §. is videtur, & ibi quoquè Alex. ff. ſi quis
ius dice. non ob temper, quem refert Bertacch.
24 in repert. in ver. principium. nu. 2. vbi † princi-
pium (docent) offitij dici vſq; ad mediũ offitij,
ita & in menſe cõcludendum videtur, cum ra-
25 tio † diuerſitatis reddi nõ poteſt, l. à titio, ff. de
verb. oblig. l. illud, ff. ad l. aquil. Preterea teſtes
26 ſunt adiuuandi, & † reducendi ad cõcordiam,
& eorum depoſitiones interpretari debent, vt
27 falſitas euitetur, Auall. conſ. 52. nu. 14. vol. 2.
Bertacch. in reper. in ver. teſtium impugnatio,
nu. 10. 11. & 12. Gramm. conſ. 29. ſub nu 3. &
28 conſ. 50. nu. 39. vbi ait quod teſtes † ſunt adiu-
uandi, & adaptandi ad id quod deponunt.

Tertiò opponitur quod dictus de Brũdo eſt
luſor, ſed reſpondetur quod in proceſſu nõ ap-
paret quod eſt ſolitus, & conſuetus ludere, ma-
xime tempore depoſitionis, ſed quod fuit viſus
ludere pluribus vicibus, vt teſtatur Franciſcus
Pezzapani fol. 95. Paulus Caruſio fol. 94. Aſſen
ſius Nigro fol. 96. Magiſter Michael de Sauuca
29 fol. 97 quę † vices verificari poſſunt in duabus
tãtum, arg. l. vbi numerus, ff. de teſtib. Et luſor
30 † tunc non dicitur idoneus teſtis, quando con-
tra eum eſſet probata conſuetudo ludendi tem
pore depoſitionis (cum potuiſſet eo tempore
reperiri irreprehenſibilis, mutatus a prima ſua
malitia) Dec. conſ. 163. nu. 10. verſ. quarto non
deponit, Crauett. conſ. 169. num. 5. circa med.
31 vol. 1. vbi etiam dicit quod ebrietas nõ † vide-
tur repellere à teſtimonio, niſi probetur quod
teſtis eſſet ebrius tẽpore teſtimonij per doctri-
nam Bal. cap. 1. in fin. extra de teſti. Menocch.
conſil. 788. num. 17. vol. 1. & Marſil. in rub. ff.
de falſis, num. 35.

Quartò opponitur quod eſt criminoſus, &
notatus crimine homicidij, pro quo fuit tortus
& in negatiua perſiſtit, vt colligitur ex depoſi-
tione Pauli Caruſio fol. 95. Michaelis de Sauu-
ca fol. 97. & Frãciſci de Sauuca fol. 95. & ex eu-
logio, Quia reſp. quod nõ poteſt dici crimino-
32 ſus cũ † tortura cõtrariũ approbauerit, adeo vt
33 puram † veritatem dixiſſe preſumatur, Clar. in
§. fin. quæſt. 64. verſ. illata reo.

Quintò

Quintò opponitur quod eſt pauper, & cum
34 † arbitrio iuſdicentis remićtitur, quis dica-
35 tur teſtis pauper, non vt in † totum repellatur,
ſed vt aliqualiter eius fides diminuatur, Me-
nocch.de arb.iud. lib.2.cent.1. caſu 65. nu. 11.
& 12.l.3.§.tu magis. ff de teſtib. non arbitrabi-
tur Dominus Iudex dictũ Iacobum pauperem
eſſe qui artem textoriam exercet, vt ex teſtimo
nio Pauli Caruſo fol.95. perpenditur.

Et conſequenter quia oppoſitiones contra
dictos teſtes partim non apparent legitimè ap-
probatę. partim nõ ſunt reuelantes, Nõ obſta-
bit propoſitio illa legalis quod quãdo teſtes pa-
36 tiuntur plures † exceptiones, & defectus, non
probant etiã in caſibus vbi veritas aliter haberi
non poſſet de qua per Anto. Gabr.lib.1. concl.
rub. de teſtib.concl.7 nu 10.

Tanto magis quia dicti teſtes non ſunt nudi,
ſed veſtiuntur pluribus cõiecturis probatis per
37 alios teſtes fide dignos per † quos coadiuuan-
tur, & cõfortantur vt fidem faciant, Menocch.
de prçſumpt. lib.2. prçſumpt.51. ſub num. 19.
gloſ.l.3. in prin. ff. de teſtib.

Reſpondetur etiam alio modo propoſitioni
probatæ per Ant.Gabr. vbi ſupra, vt procedat
38 in illis delictis † ordinarijs in quibus difficilis
eſt probatio, puta falſitas, dolus, ſimulatio, con
tractus, partus ſuppoſitio, incendium, adulte-
rium, ſimonia, ſodomia, furtum, tractatus de
homicidio, matrimonium clandeſtinum, tor-
tura, occultatio, ſeu laceratio ſcipturarum, ve-
nenatio, falſa moneta, & huiuſmodi, de quibus
Farin.quæſt. 18.nu.104.

39 In quibus delictis vt † ſequatur condemna-
tio requiruntur coniecturæ, & prçſumptiones
neceſſariæ, Menocch. de præſumpt.41.nu.27.
prçſumpt. 36. num. 2. & lib. 2. prçſumpt. 33.
nu. 18, & lib. 1. quçſt.38.nu.4.& quçſt.2. num.
7.& quæſt.3.num.9. Ioſeph Maſcard. vol.1. de
probat.concl. 59.num 9.cap.aſſerte, vbi Felin.
extra de prçſumptio.

Non autem procedit interminus cap. 1. de
homicid. lib.6. vbi non ſolum propter difficul-
tatem probationis, ſed etiam propter dirita-
40 tem criminis ſtatuit legiſlator ſufficere † ad
condemnandum coniecturas tantum probabi-
les, vt ibid. docuit Gemin. col.3. & cæteri ca-
noniſtæ, Ant.Gabr. lib.7. concl. tit. de malefit.
concl. 1. num. 20. Felin. in cap. aſſerte col. 4.
extra de preſumpt. Marſil. in pratt crim.§.exa-
minanda col. 3.

41 Coniecturę † enim de quibus loquitur dictũ
cap. 1. naſcuntur a probabilibus non autem ne-
ceſſarij, quia ſi à neceſſarijs orirẽtur nõ dubia
ſed certa res eſset, & conſequenter in aſsaſſinio
non eſset conſtituta per legiſlatorẽ aliqua ſpe-
42 cialitas cum † coniectura propriè ſit de re du-
43 bia, deriuata à coniecto † coniectas quod idem
eſt quod exiſtimo, & diuino, Menoch. lib. 1. de
prçſumpt. quçſt 7.num.21.24.26.27.& 29.

44 Et ſicut † inditia ad arrogãdam torturã ſunt
Iudici arbitratia, Menocch. de arbitr.iud. lib.2.
cent.3.caſu 270.nu.3. Clar. in §. fin. quæſt. 20.
verſ. ad torturam, & quçſt.64. verſ. dixi quoq;
vbi teſtatur com.opin. Bart. in l fin. nu.5. ff.de
45 quæſtio. Ita crederem ad † cõdemnandũ in ca-
46 ſibus à iure expreſſis arg. de † toto ad partẽ, &
èconuerſo, l. quæ de tota, ff. de rei vendic.

Apparet ex prædictis mandatũ eſſe legitimè
probatum contra Agatham Patania, remanet,
vt oſtendẽ exequtionem mãdati prędicti quod
etiam conſtat fuiſſe cõſumatum in duabus ho-
ris, & dimidia noctis Veneris Sancti in portico
domus occiſi per dictũ Coſmum indutum la-
neis veſtibus contra eius mortem, & habentem
fictam barbam, & in manibus ſcupettonem à
rota, ſeu à ficili longitudinis circa palmũ vnũ
cõtra viceregiam pragm. de arm. prohib. tom.
1.fol.146. & aliam circa mutationem veſtium
editam in eodem tomo, vt ex cõteſtibus depo-
ſitionib[9] deuiſu (ſtãie luſtrulunę) Nicolai Cap
padonna fol. 65. & Ioſephi de Xacca fol. 71. &
aliorum deponentiũ de inditijs ſatis proximis
delicto, vt Ioſephi de Betta fol. 1. Tiſanij Con-
faluni fol. 13. Io. Baptiſtæ Paguni fol. 60. No-
tarij Michaelis Romano fol. 57. Scipionis Pa-
guni fol. 63. Magnifici Ioſeph. Platamuni fol.
67. Magiſtri Blaſij de Fallica fol. 2. Valeriani
Capunetto fol. 8. Pauli Emilij Promontorio
fol. 10. Vincentij de Iurlando fol. 15. Magiſtri
Nicolai Vanatij fol. 8. Iacobi Frauetta fol. 27.
Io. Petri Vela fol. 55.

Ex quibus, prçſuppoſito etiã, quòd delictũ
fuiſſet regolare; & ordinarium apparet nihilo-
minus probatum legali numero teſtium.

Sed ſi materiæ folium voluimus, reperimus
quòd ſumus in caſu cap. pro humani de homi-
47 cid. lib.7. & ſic in crimine irregulari † aſſaſſinij
in quo propter eius immanitatem non exigitur
plena probatio, ſed ſufficiet conſtare per præ-
ſumptiones, inditia, coniecturas, & probabilia
argumenta, prait. Carrer. in §. circa, nu. 18. fol.
79. Maſcar. vol. 1. de probat. concl. 137.nu.1.

48 Etiam ad † imponendam pęnam mortis or-
dinariam (quia tex.d.C.1. loquitur de pęna ſpi-
49 rituali, cum † canones non ſoleant ad ſangui-
nem punire) Clar in § fin.quæſt.20.verſ. ſcias
etiam, & in §. aſſaſſinium verſ. pręterea quam-
uis, Placa epit. delict. cap. 19. nu. 16. vbi teſta-
tur hoc eſſe conſtitutiſſimum.

Et non ſolum diſpoſitio dicti capituli primi
comprehendit mandatarium, verum etiam, &
mandantem, Ant. Gabr. lib. 7. concl. tit. de cri-
min. concl. 1. nu. 32. Menocch. de arb iud. caſu
360. nu. 43. lib. 2. cent. 4.

50 Et vt vendicet ſibi locum † diſpoſitio dicti
cap. 1. plura coppulatiuè requirũtur, quæ om-
nia ſunt in noſtro themate verificata. Primò

51 requiritur † mandatum ad occidendum de quo
52 in prin. diximus. Secudò requiritur † receptio
ſeu ipſius mandati exequutio, de quo etiam ſu-
perius verſ. remanet vt obſtenda, Imò propter
53 diuitatẽ criminis ſufficiet conatus deuentus ad
actum proximum, prait. Carrer. §. homicidium
nu. 8. fol. 77. Clar. in §. aſſaſſiniũ verſ. ſcias etiã,
& in §. fin. queſt 92. verſ. ſcias tamen. Tertiò re-
54 quiritur † datio pecuniȩ, Ioſeph Maſcar. vol. 1.
de probat. concl. 138. nu. 1. vbi teſtatur comm.
opin. Viui. lib 1. com. opin. in ver. aſſaſſinij in
55 prin. Imò ſufficeret † ſola promiſſio cuiuſlibet
rei certæ, vel incertæ, Ant. Gabr. lib. 7. concl.
sub. de crim. concl. 1. nu. 2. & 3. Quod requiſi-
tum probatur etiã in caſu noſtro per Iacobum
Brundo. & Agatham Ruſſo quorũ teſtimonijs
apparet fuiſſe per Agatham Patania datos tres
ſcutos dicto Coſmo, & promiſſȩ aliȩ vntiȩ cen-
tum ſequuto aſſaſſinio, & (ſecundum aliquos)
56 ſufficiet † fuiſſe factum homicidiũ ad compla-
centiam alterius, vt puniatur tamquàm aſſaſſi-
nium, a Piaca in epit. delict. cap. 19. ſub nu. 10.
fol 294. Gramm. vot. 9. Io. And. in cap. penult.
extra de cler. non reſid. Alex. in l. 1. ff. de eo per
57 quem fact. er. licet † Magna Curia contrariam
ſentẽtiam ſemper amplexa fuerit, quã videtur
firmare Anto. Gabr. lib. 7. concl. 1. num. 3. Bal.
conſ 372. in fin. vol. 5. Quartò requiritur quod
58 † occiſus fuerit Chriſtianus cuius qualitas non
59 eſt neceſſaria probari, cum † quilibe prȩſuma-
tur Chriſtianus inter Chriſtianos, Ioſeph Ma-
ſcar. vol. 1. de probat. concl. 138. nu. 14. Carrer.
in prait crim §. circa nu. 15. verſ. quid in dubio
fol. 79. Imò fortius in caſu noſtro vbi fuit occi-
ſus, & Chriſtianus, & maritus, & ſic propria ca-
60 ro, quia vir, & † vxor ſunt eadem caro, & vnũ
corpus, cap debitũ extra de bigam. cap. idonei
61 4 queſt. 3. Et viricidiũ maius † eſt delictũ, quã
matricidiũ Menocch. conſ. 928. nu. 48. vol. 10.

Et vltra quod ſuperius oſtendidi aſſaſſinium
fuiſſe pleniſſimè probatum dabo etiam vrgen-
tiſſima inditia fortificãtia prȩdictam probatio-
nem, ex quibus etiam ſolum modo potuiſſet ſe-
qui condemnatio propter ſpecialitatem crimi-
nis, Menocch. conſ. 788. nu. 1. vol. 8. Bal. conſ.
84. vol. 3. Dec. conſ. 88. nu. 3.

Primum itaquè inditiũ eſt fama publica quæ orta fuit ſtatim perpetrato delicto contra Agatham Patania quæ occidi mandauerat Coſmo Principi virum ſuũ de qua deponunt ſexdecim teſtes, Magnific⁹ Proſper de Syracuſis ar. med. doct. fol. 71. Ioſeph de Betta fol. 2. Tiſanius Cõ ſaluni fol. 15. Magiſter Andreas lo Zizo fol. 17. Gregorius Serafinus fol. 18. Philippus Franciſcinus fol. 18. Vincentius Gabella fol. 23. Magiſter Antoninus Pariſi fol. 23. Fabritius Natali fol. 27. Magiſter Fabianus la Roſa fol. 32. Michael Bona fol. 35. Vincẽtia Mauchieri fol. 41. Magiſter Iacobus Calandra fol. 47. Philippus
Chiarenza fol. 70. Antonius Mauchieri fol. 3.
62 Magiſter Mattheus de Guerrera ſol. 71. Cum †
duo tantum ſufficerent ad probandam famam,
Maſcar. vol. 1. de probat. concl. 396. nu. 2 gloſ.
l. 3. §. eiuſdem, ff. de teſtib.

Quæ fama ſola in delicto difficilis probatio-
63 nis (vt in noſtro caſu) facit † ſemiplenam pro-
bationem, & inditium ſufficiens ad torturam,
Clar. in §. fin. queſt. 21. verſ. fama ſola circa me-
dium, ibi poſſet etiam eſſe delictum, & quæſt.
60. verſ. frequens etiã, quem ſequitur Menoch.
lib. 1. prȩſumpt. queſt. 89. nu. 34. Maſcar. vol. 1.
de probat queſt. 11. num. 21. Farinat. queſt. 47.
nu. 54. opponitur contra dictum inditiũ famæ,
quod Magiſter Fabianus la Roſa, vnus ex ſex-
decim teſtibus prȩd. ctis eſt perſona vilis condi
tionis quod probant Ceſar. Baeli fol. 110. & Ia-
cobus Purtuſio fol. 103. cum re vera ſit perſo-
na ſatis honorata, & ditiſſima.

At tamen cõtra alios quindecim teſtes nihil
eſt probatum vnde remanent omni exceptio-
64 ne maiores quia ille dicitur teſtis † omni excep-
tione maior contra quem nullã exceptio etiam
minima probata fuerit, Maſc. vol. 1. de probat.
queſt. 6 nu. 70 vbi teſtatur com. opin. Gramm.
conſ. 59. nu. 17. Menocch. conſ. 615. nu. 2. vol.
7. Socc. Iun. conſ 39. nu. 62. lib 2. Curt. Sen. in-
tract de teſtib. concl. 34 & 35. Grammi. conſil.
35. num. 78. in crim.

Secũdò opponitur cõtra iſtud inditium famæ, alia contraria fama qualiter Nuntius fuit occiſus à Coſmo, eo quia dictus Nuntius eius vxorem carnaliter cognouerat, Ad quod reſp. Primò quòd dicta fama nõ probatur legitimè, Tres enim producũtur teſtes qui deponunt de dicta fama, nõ ſtatim ſequuto delicto, ſed poſt multos dies, ecce quòd fuit productus Michael de Sauuca fol. 97. qui deponit intellexiſſe ab vna perſona poſt menſem, & dimidium delicti iam patrati, Item Franciſcus de Sauuca (frater dicti Michaelis qui ſunt lænones publici eorũ ſororis) teſtatur fol. 98. intellexiſſe à duobus, vel tribus; Item Ceſar Baeli fol. 110. qui depo-
nit intellexiſſe à diuerſis perſonis, quæ poſſunt
65 eſſe paucæ, Et teſtes † deponentes ſuper fama
debent dicere quod publicè audiuerunt, eſſe
talem famam in loco, aliàs minimè probant, Clar. in §. fin. quæſt. 6. verſ. debent etiam circa med. vbi teſtatur hanc eſſe communem pratricã, Bal in l. literas, nu. 2. extra de prȩſumpt. Addito etiam quòd non probatur inimicitia inter Coſmum, & Nuntium, imò ex noſtro proceſſu informatiuo probatur inter eoſdem amicitia, & quod dictus Nuntius mutuabat nummos dicto Coſmo vt apparet ex atteſtationib⁹ Ioſephi Iuuini fol. 65. Michaelis Romani fol. 60. Magiſtri Marij Spampinato fol. 16.

Et quòd plus eſt nequè probatur ex aduerſo Nuntiũ cognouiſſe vxorẽ Coſmi, Nam Paulus

Caruſo fol. 94. deponit ex dicto gentiũ Ioſeph Ruſſo fol. 10. ex dicto aliquorum perſonarum, D. Ferdinandus Ioenius fol. 108. teſtatur ſimpliciter quod audiuit in Ciuitate Cataniæ, Ceſar Baeli fol. 109. ex dicto plurium perſonarum Carolus de Archangelo fol. 111. ex dicto diuerſarum perſonarum.

66 Qui † teſtes neque famam iuridicè probant, cum deponere habeant publicè audiuiſſe in Ciuitate, Gramm. conſ. 26 nu. 12. in fin. in crim. Caſſad. deciſ. 3. num. 7. de probat. cum alijs ſupra allegatis.

Nec etiam obſtant circa aſſertam famam atteſtiones Vincentię Mauceri fol. 97. deponentis ex dicto Franciſcellæ vxoris dicti Coſmi, & Franciſci de Sauuca fol. 98. etiam atteſtantis ex dicto dictæ Franciſcellæ.

67 Quia reſp. quòd † copula carnalis non probatur ex confeſſione extraiuditiali adulteræ, Roma conſ. 167. nu. 3. verſ. 3. Hercul. in tract. quis tene. proba. negat. num. 198. verſ. 14. fallit Laure. Silua. conſ. 50. nu. 41. vol. 1. Pari. conſ. 137. nu. 28. & 29. vol. 4.

Tanto magis quia dicta confeſſio extraiuditialis nõ probatur per conteſtes, ſed per ſingu-
68 lares atteſtationes, quarum † tantum probant mille, quantũ vna; Bal. in l. iuris iurandi, col. 2. C. de teſtib. quem refert Ant. Gabr. lib. 1. concl. tit. de teſtib. concl. 2. nu. 3.

Et tempore quo aſſeritur carnaliter cognita à dicto Nuntio probatur quòd dictę Frãciſcella erat publica meretrix ex eiſdem depoſitionibus Ceſaris Baeli fol. 109. Magiſtri Michaelis de Sauuca fol. 97. Franciſci de Sauuca fol. 98.
69 quæ † probatio tollit prçſumptionem honoris Coſmi, arg. optimo l. diuus, ff. de integr. reſtit.

Tertiò opponitur aduerſus iſtud inditiũ famę aſſerta innimicitia, quam habebat Nuntius cum Aleſſandro Patania, & Iacobo Graſſo bannitis, & cãpaniæ diſcorritoribus, cui reſp. vltra quod dicta prętenſa innimicitia non probatur, & tempore aſſaſſinij reperiebatur per menſem antea occiſus Iacobus Graſſus, & dictus Aleſſander Patania guidatus ab Illuſtriſſ. Principe Paternionis bonæ memoriæ, ad proſequendũ alios bannitos, nõ habebit obſtare allegata innimicitia illorum, cũ alij appareant imputati de
70 delicto, & aduerſus eos adſint nõ ſolum † grauiſſimæ preſumptiones, verum etiam concludens probatio, Clar. in §. fin. quæſt. 21. verſ. innimicitia in fin.

Quartò opponitur bona fama dictę Agathę
71 in genere probata, cui reſp. quod mala † fama in ſpecie prçfertur bonæ famæ in genere, quia ſpecies derogat generi, cap. generi de reg. iur. lib. 6. gloſſ. in l. vxorem, §. felicißimo, ff. de leg. 3. l. titia, §. lutius el 2. ff. de leg. 2. l. ſeruis, §. ſi alij, ff. de leg. 3. l. titia, §. qui marcho, ff. de ann. legat. l. quæſitum, §. ſi quis, ff. de fundo inſtr. l. libertis quos, ff. de alim. lega. Et nuncupatim conſuluit Alex. conſ. 77. col. 2. verſ. nec prędictis, vol. 1. & conſ. 62. col. 9. verſ. & tanto magis in fin. vol. 3. poſt Innoc. in cap. audītis extra de prçſcript. & Bal. in l. ſiue poſſidetis, col. 2. C. de
72 probat. vbi etiam dicit quòd præſumptio † in ſpecie tollit præſumptionem in genere, Farin. quæſt. 47. nu. 197.

73 Item duo † teſtes ſuper infamia deponentes, prçferuntur etiam mille contrarium aſſerentibus, vt conſulto reſpondit Roman. conſil. 167. in fin. poſt Innoc. in cap. inquiſitionis, & in cap. cum oportet extra de accuſat. Archid. in cap. omnibus 2. quęſt. 4 Salic. in l. ea quidem, quæſt. 11. C. de accuſat.

Secũdum inditium eſt matrimonium quod Agatha contraxit poſt quatuor dies ſequuti viricidij cum oratio la Turri (licet capitula matrimonialia appareant cõtracta poſt ſeptem dies) vt oſtenditur ex depoſitionibus Magiſtri Andreæ lo Zizo fol. 17. Fabritij Natalis fol. 27. vbi etiã deponit de oſculo, & cõtinua habitatione, & quod d. Agatha ob letitiam matrimonij proprijs manibus dedit ſonatoribus è feneſtra eius domus tarenos quatuor, Magiſtri Frãciſci Fiſchetto fol. 30. Gregorij Serafino fol. 18 vbi etiã dicit quod in domo dictę Agathæ aduenerunt tybicinæ, & ſonarunt, Magiſtri Franciſci Fiſchetto fol. 30. Magiſtri Fabiani la Roſa fol. 32. vbi etiã dicit quod dicta Agatha habens quandam ſcufiã auream in capite poſtulauit inſtantiſſimè è ſua feneſtra a vicino quemdam cimbalum, quem ſtatim in propria domo ſonare fecit & Magiſtri Iacobi Calandra fol. 47. vbi etiã ait nouiter ſuluiſſe dictę Agathæ quamdã veſtem lętitię, quæ vulgo dicitur mungili.

Et quamuis ex aduerſo dicatur fuiſſe matrimonium contractũ cum Oratio la Turri, vt dicta Agatha tueretur ab eo, & Aleſſandro eius patre Magnæ Curiæ procuratore, contra actiones criminales, & ciuiles proponendas per dictos accuſatores, ex depoſitionibus Pauli Caruſo fol. 94. Ioſeph. Ruſſo fol. 102. Iacobi Porfuſo fol. 103. D. Ferdinandi Ioeni fol. 109.

Reſp. quod nõ conſideratur matrimonium tantũ illico ſequutũ, ſed alia extrinſeca vrgentiſſimi inditij, ſcilicet poſtulatio ſon., datio pecunię ſonatoribus, & dimiſſio lugubriũ veſtiũ.

74 Et quod † matrimonium illico contractum ſit malè prçſumptionis, adduco in argu. l. 1. ff. de his quæ not. in fam. & ſpeciatim Foller. in pratt. crim. rubr. deinde capitula quod ſuffoca. vxor. ſub num. 40.

75 Et quod † dimiſſio veſtium lugubriũ faciat valdè præſumi contra vxorem, allego in arg. Specul. tit. de aduoc. §. ſequitur videre verſ. taliſ; & nuncupatim Foller. in d. pratt. crim. rub. dentur cap. quod ſuffoc. vxor. num. 40. circa med. & 44 Gugl. de Bened. in cap. raynuntius

in

in ver. qui cum alia matrim. contra. num. 109.
extra de teſta.
Et quod poſtulatio ſonus, & datio pecuniæ
ſonatoribus oſtẽdat interiorem lætitiam quam
habebat Agatha ex diſſolutione primi matri-
monij, & cõiuntione ſecũdi adduco illud bro-
76 cardũ, quòd † exteriora, inducant animi ſecre-
ta interiora, item & illud axioma, quod animus
77 ex † factis, & verbis oſtenditur, Bal. in l. repre-
hendenda, col. 1. C. de inſtit. & ſubſt. & ſpecia-
tim huius inditij fuit memor Foller. in patt.
crim. rub. dentur capit. quod ſuffocauit vxor.
nu. 40. in fin. verſ. item requirendum.
Tertium inditium eſt quia tempore mortis
78 viri dicta Agatha non † lacrimabatur, (& quia
aliàs accidere ſolet propter nimiũ dolorem nõ
poſſe quempiam lacrimas emittere inuenio te-
ſtes ſubdere) nequè faciebat ſignũ aliquod do-
loris, vt liquidò oſtenditur ex depoſitionibus
Tiſanij Conſaluni fol. 14 Magnifici Domenici
Romani art. med. doct. fol. 24 qui dicit quòd
ſtabat ilari fronte, & abſquè vllo amore, ſepius
interrogabat ipſum teſtem, ſi eius vir iam mor
tuus eſſet, Bernardi Strani fol. 26. Fabritij Na-
talis fol. 27. qui etiã ſubdit quod cũ eſſe mor-
tuus nolebat dare veſtimenta occiſi quæ ipſa
Agatha domi habebat, vt mortuus vis induere-
tur propter cuius ineffabilẽ impietatẽ iudicat
fuiſſe occisũ iuſſu dictę Agathę, Magiſtri Frãci
ſci Fiſcheito fol. 30. Philippi Chiarenza fol. 70.
Quod inditium quantum ſit potens oſten-
ditur diuina ſcriptura os ex oſſibus meis, & ca-
ro de carne mea or ſi propria caro ſic grauiter
ſecatur abſquè dolore patientis, quis non iudi-
cabit eam mirificè odio habuiſſe? & indiuidua-
liter ad nauſiam vſquè ſcribit Foller. in patt.
crim. rub. dentur cap. quòd ſuffoc. vxor. num.
40. 41. & ſequen.
Quartum inditium eſt odium quòd Agatha
habebat Nuntio eius viro, vt probatur ex depo
ſitione Angilæ Mudio fol. 9. quæ deponit (vt
eius verba formalia referam) che mentre lo det
to Nuntio nõ era in caſa la detta Agatuzza ſta-
ua allegra, giocando con tutti li genti di caſa, è
como venia lo detto Nuntio ſuo marito ſtaua
malinconoſa nõ moſtrando cera neſſuna à det-
to ſuo marito, & aſſai volti la detta Agatuzza
non ſi ci volia culcari con detto ſuo marito per
l'odio che c'hauia, Catarinæ d'Vrſo fol. 4. vbi
dicit quòd dicta Agatha ſe reputabat male ma-
ritatam, eo quia vir dormiebat ſeparatim, Ma-
giſtri Marij Spampinato fol. 16. Mariani Pa-
tania fol. 20. Franciſci de Viatico fol. 20. vbi di-
cit quod Agatha dicebat quòd erat male tratta
ta à viro, Bartoli Caſerta fol. 31. Franciſci Vela
fol. 42. vbi dicit ex ore dictę Agathę quod Nun-
tius eius vir erat concubinarius, Deſiatæ Ve-
la fol. 44. vbi teſtatur ex dicto Agatæ quod ipſa
ſtabat in continua diſperatione cum Nuntio
eius viro, & quòd non poſſidebat quicquam, &
quaſi nõ erat domina proprij naſi, & alia mul-
ta teſtantur dicti teſtes conſideranda circa prò
poſitum inditium.
Et magis intrauit Satanas in dictã Agatham
vita functo Luca Patania eius genitore relicta
ea hęrede vniuerſali ſcutorũ duodecim millia,
& aſſerens miſerandus eius vir dictæ hęredita-
tis habere duas partes, ac eſſe legitimum admi-
niſtratorem alterius tertię ob matrimoniũ con
tractum inter eos ſecũdum mores Catinenſiũ,
79 quibus vndequnq; bona † quęſita diuiduntur,
& tripartiuntur natis filijs, dicta Agatha cõtra-
riũ aſſerebat proprio odio, & perſuaſa à Fratre
Gabriele Patania Ordinis Sãcti Auguſtini eius
patruo, qui etiam fuit hortator, & auxiliator di
cti aſſaſſinij, vt ſatis habetur ex dicta depoſitio-
ne Angilæ Mudo fol. 9.
Et licet appareat occaſione infirmitatis, quã
Nuntius habuerat ante annum mortis ſuę reli-
quiſſe Agatham eius vxorem tutricem filiorũ,
non fuit ex fiducia quã eidem habebat, ſed pie-
tate filiorum propter ſpem ſucceſſionis bono-
rum patris dictæ Agathæ tunc viuentis, cuius
contemplatione abinitio inter eos fuit contra-
ctum matrimoniũ ſecũdum vſum Catinenſiũ,
cum Catinæ regulariter diuites ſoleant contra-
here ſecuudum ius cõmune quiritum. Quanta
80 enim ſit † grauis iſta cõiectura domeſtici odij,
& innimicitiæ colligitur ex Iulio Claro in §.
fin. quęſt. 21. verſ. innimicitia vigens Menoch.
de prę ſumpt. lib. 1. quęſt. 17. nu. 7.
Nec depoſitio obſtabit aduerſus hoc inditiũ
Ceſaris Baeli fol. 111. qui deponit ex dicto cu-
iuſdam monaci Sancti Franciſci, quod dictus
Nuntius tompore mortis reliquit patronam,
& dominã Agatham eius vxorem, Quia reſp.
quòd eſt vnica depoſitio contra cap. in omni
extra de teſtib. l. iuris iurandi, C. de teſtib. & ex
dicto alterius contra cap. tua nos extra de con-
ſang. & ffin. & non veriſimilis contra cap. non
veriſimilis, vbi Abb. in fin. extra de prę ſumpt.
Crauett conſil. 115. num. 12. vol. 1. Bertach. in
reper. in ver. teſtium impugnatio, nu. 95. non
enim eſt veriſimile Nuntium habentem duos
filios maſculos reliquiſſe eius vxorem ſatis di-
uitem, & odioſam patronam, & dominã con-
tra eiuſdem teſtatoris voluntatem anteriorem
regiſtratam in actis Notarij Laurẽtij de Xacca
die 20. Aprilis 4. Indict. 1591.
Quintum inditium ſumitur ex teſtimonio
Mariani Patania ſerui Ceſaris Patania qui ſub
tortura deponit circa annos quinq; fuiſſe ten-
tatum ſepius ab Agatha Patania vt eius virum
occideret fol. 19. & habet cõteſtem in eius de-
poſitione Vincentiam de Ayello fol. 7. contra
quam nihil in proceſſu videtur probatum, vn-
81 de † reputatur omni exceptione maior, Auall.
conſ. 7. nu. 13. vol. 1. gloſſ. in §. item verborum
inſtit.

iuſt.it.de inut.ſtipulat. gloſ.in ver. maiores cap. 1. extra de conſang.& affin.

Et iſtud inditium probatur duobus conteſti-
82 bus ſicut regulariter quodlibet † inditium maximè à facto remotum probari conſueuit, Boſſ. tit.de indit.& conſider. ante tortu, nu. 18. Bart. in l.fin.in fin.ff. de quęſtio, Clar.in §.fin.quæſt. 22.in prin.vbi teſtatur com.opin. gloſſ. in ver. vel inditijs, l.fin.C.famil. Hercefc. Io.de Amic. conſil. 127.num. 10. Ang.de Caſtro inter conſ. crim.diuerſ.conſ.94.nu.26.lib.1. Menocch. de arbit.iud.lib.2.cent.3.caſu 270.num. 23. Alex. conſ.1.col.3.verſ. Lazzarina vol.3.

Opponitur cõtra Marianũ quod eſt ſeruus,
83 at reſp. quod ſeruus eſt † idoneus teſtis vbi difficilis eſt probatio (vt in caſu noſtro) ſeu vbi probatio aliter haberi non poteſt, Alex. conſil.24. col.3.verſ. pro hoc bene facit vol.2.
84 Secundò reſp.quod † ſeruus cum tortura eſt legitimus teſtis, Clar.in §.fin. quæſt.25.in fin. Boſſ. tit.de tort.teſt.nu.15.
85 Tertiò reſp.quod † crimen aſſaſſinij equiperatur crimini læſæ Maeſtatis, vt ſup. probaui
86 circa prin. verſ. tertiò reſpo, at in † crimine læſæ Maeſtatis admittitur ſeruus in teſtẽ, Ioſeph Maſcard.vol.1.de probat.concl.462. num. 14. cum concord.ergo, &c.

Secundò opponitur quòd dictus Marianus eſt ſolitus ebriari ſuper quo tãtum deponit Aſſenſius Nigrus fol.96. qui vltra quod eſt ſingularis, & vox vnius, vox nullius, cap. in omni extra de teſtib.eſt falſus ſicut Iudas Iſchariotes, quia dictus ſeruus primũ fuit meus, quem emeram a petro Manueli Terræ Bizzinij, & adeo ſuaptæ natura vinum abhorret, quod neque in manibus trahere vinum poterat, & poteſt, nec repellitur à teſtimonio ſolitus ebriari, niſi pro-
87 betur † quod tempore teſtimonij erat ebrius, vt reſpondit Crau. conſil. 169. ſub num. 5. & ſupra tetigi.

Sextum inditiũ eſt quia Franciſcus Vela frater collactaneus dictæ Agathæ fuit in menſe Decembris tentatus a dicta Agatha vt Nuntiũ eius virum occideret, vt ex depoſitione dicti Franciſci liquidò apparet fol. 43. Franciſci de Viatico fol 20. & Dianatæ Vela fol. 44. contra quos nihil eſt oppoſitum ex aduerſo.

Septimum inditium colligitur ex depoſitionibus Agathę Matchiſi fol. 22. & Vincentię de Ayello fol. 7. quæ teſtãtur quòd ſepius fuerunt tentatæ quinque iam, & tribus annis elapſis ab Agatha Patania cui ſeruiebant, vt ponerent dũ dormiret dictus Nũtius in eius auricula quemdam digitalem argenti viui, quem ipſis tradiderat, cuius inditij fuit etiam memor Bartolus Caſerta fol.55.

Subdit etiam dicta Agatha Matchiſi fol. 22. quòd Agatha Patania in menſe Decembris poſuerat ſuper feneſtra ſuæ domus quodã vaſum aquæ, & cum prohibuerat dictæ teſti, ne illud ammoueret, conſultò nihilominus guſtans inuenit eam amarã illãmq; proiecit contra voluntatem ipſius dominæ; quæ nimis irata dimiſit teſtem ab eius ſeruitijs.

Ac etiam dicta Agatha Marchiſi fol.22. ſubiungit qualiter in menſe Decẽbris Agathia Patania loquens ad aures Ioſeph.de Xacca eius famuli illum dimiſit, qui deinde attulit quoddã paſtitium cuius ferè dimidium Nuntius comedens, & illico vomitans infirmatus fuit, & quędam felix cui alia medietas fuit tradita à teſte, cum dictus Ioſeph.eidem prohibuerat ne daret filijs dictæ Agathæ, in continenti mortua fuit.

Contra quæ nõ obſtabit inuerſimilitudo ex aduerſo allegata in primo inditio quòd ſi intentionem venenandi Agatha habuiſſet proprijs manibus ſua voluntate exequuta fuiſſet eius viro dormiente, vel egrotante; Et inuerſimilitu-
88 do † eſt ſpecies falſitatis, Auall. conſ 7. nu. 17. vol.2. l.mulieres, §. oportet, C. de quæſt. l. ſi ita quis in fin. ff. de euict. l. nõ eſt veriſimile, ff de eo quod met.cauſa Decian.reſp.72.num. 17. & reſp.1.num.18.vol. 5. Quia reſp. quod Agatha non aſſiſtebat ſeruitijs eius viri egrotantis, ſed eius matertera ſoror Margarita de Silueſtro, & maximè in illa infirmitate quã habuerat circa annũ ante eius mortem; vltra quod tunc tẽporis etia dicta Agatha grauiter egrotabatur.

Octauũ inditium eſt quia in principijs dierũ Quadrageſimalũ Coſmus miſit Iacobum Frauetta ad Agatham Patania pro ſcutis quatuor promictens exequturus poſt eius excarcerationem totum id quod dicta Agatha mandauerat, vt legitur ex depoſitione Iacobi Frauetta fol.
88 28. & † colligitur ex Menocch. de præſumpt. lib.1.quęſt.89.nu. 120. & 121.

Nonum inditium eſt quia Bartulus Caſerta iam ſunt anni tres fuit ſepius tentatus à dicta Agatha vt Nuntium eius virũ occideret, Idem Bartolus Caſerta fol.31.& 54.qui habet conteſtem Vincentiam de Ayello fol 7.

Teſtatur etiam dictus Bartolus Caſerta, qualiter dicta Agatha requiſiuit etiam Ioſephum Thomaſello eius famulũ, vt occideret Nuntiũ eius virũ ex ore dicti de Thomaſello, Qui quidem de Thomaſello fuit per Don Ceſarem de
89 Gregorio bannitus, cuius † contumatia arguit veritatem delicti, Clar.in §.fin.quæſt. 64. verſ. ſed numquid.

Item fatetur dictus Bartulus Caſerta qualiter in die Mercuris Sãcti in cõtrata Sanctę Marinę Coſmus Principi interrogat⁹ ab eo vbi iret reſpõdit ad domũ Agathæ Patania, quod quãti
90 ſit ponderis perpẽditur ex † Menocch. de pręſumpt.lib.1.quęſt.89.nu.115.

Deponit tandem Bartulus Caſerta quod in die lunis paſchatis Agatha Patania vocari fecit ipſum teſtem eique dixit in pręſentia Aleriæ la

Riccha

Riccha ne aliquid eius reuelaret quod ſibi fidẽ adhibuerat ſub metu mortis.

Opponitur aduerſus dictũ Bartolum, quod erat ſeruus cuiuſdam Antonini Barbuto art. & mod. doct. ſed nõ dicunt quod hodie eſt ſeruus imò reperitur Ioſeph Pugliſi fol. 106. qui dicit quod in pręſentiarũ eſt liber, & reuera tempore infantiæ fuit ſerus ſatis amatus a dicto de Barbuto, à quo ante infantiam habuit libertatem, & adeò honoratè vixit, &, viuit, quod eſt ſolitus aſſociare nobiles matronas Catinenſis, quas Catinæ non ſolent oſſociare, niſi preſonæ ſatis honoratæ, prout etiam aſſociauit dictam Agatham forſan per integrũ temporis luſtrũ,
91 vt ipſe fatetur in eius depoſitione, & libertus † eſt legitimus teſtis contra alios pręter patronũ, Bertacch. in reper. in ver. libertus, nu. 24.

Secũdò opponitur quia Bartulos ſcribere fecit quamdam apodixam à Marco Coloſi quam miſit Hieronimo Patania patri occiſi, vt ſibi daret promiſſa, quia illud quod dixit dixerat ex neceſſitate, vt ex dicto dicti Marci Coloſi depunt Eraſmus Cucuza fol. 113. & Franciſcus Muxumarra fol. 113.

Quia reſp. vltra inhabilitatem perſonarum quæ per publica oſtenſa fuit documenta, quod
92 † teſtimonium de auditu non eſt propriè teſtimoniũ, Auall. conſ. 24 nu. 87. vol. 1. Alex. conſ. 1. vol. 2. verſ. Thomas vol. 3.

Decimum inditiũ colligitur ex atteſtatione Deſiatæ Velà fol. 44. quæ teſtatur ex ore Agathę Patania qualiter dicta Agatha in menſe Decembris procurabat occidi facere dictum Nuntium ob cõtinuam diſperationem quam habebat cũ eo, requirens eamdẽ teſtem, vt ſibi mitteret Franciſcum Vela fratrem collectaneum dictę Agathæ quia eum rogare volebat (prout rogauit) vt eius virum occideret, idem deponit Franciſcus Vela ex ore dictę Deſiatæ, & dictæ Agathæ fol. 43.

Vndecimum inditium ſumitur ex depoſitione Catarinę d'Vrſo fol. 4. quæ deponit ex dicto Agathæ Brundo (carceratę hic Meſſanę ad effectum deponẽdi, & poſt datum terminum extraordinariũ in complicem declaratæ) euntis ad domum Agathæ Patania in Quadrageſima proxima quod Coſmus Principi deſiderabat ab Agatha Patania decem florenos ſuper quadam eius domu, Item teſtatur quod dicta Agatha Patania dedit clam certam pecuniam dictę Agathę Brũdo, Item deponit quod dicta Agatha Brundo reſpõdit Nicolao Cappadonna interrogata ab eo de mãdato Agathę Patania eius dominæ quid de re ſua fecerat? che la cuſtura era in ordine, quando ſi incomenzaua, declarans dicta teſtis, quòd loquebãtur de alio quàm della cuſtura.

Duodecimum inditiũ colligitur ex atteſtatione Angilæ Mudò fol. 10. quæ teſtatur quod in diebus Quadrageſimalib⁹ proximis Agatha Patania dixit, antequam tranſeat vnus menſis ſatiabor de viro meo, cum paucis diebus poſt ea fuerit ſequutum aſſaſſinium.

Tertiumdecimũ inditium eſt quia in die Paſchatis, & die Mercurij ſequẽtis Agatha Brundo dixit Magnifico Ioſepho Platamuni, vt mitteret aliquem ad Coſmum Principi eius amicum, & cum animaret, nè deponeret contra Agatham Patania quatenus ſibi mãdauerat occidi virum ſuum, quia vltra vntias cẽtum quas eidem Coſmo promiſerat, volebat pro eius defenſione erogare omnia bona ſua, & cum mandato Spect. de Nepita fuiſſet carceratus Iacobus Brundus dixit Agatha Brundo dicto Magnifico de Platamono maximè vereor, nè Iacobus Brundus reuelet cõiurationẽ, Magnificus Ioſeph Platamonus fol. 69.

Quartumdecimũ inditium eſt eo quia occiſo Nuntio exiſtente Coſmo Nepita armorum Capitaneo in C. C. C. noluerunt Ioan. Vincentius Patania, & Margarita Silueſtro, & cunſulo proponere accuſationem de aſſaſſinio contra Coſmum Principi, & Agatham Patania in officio dicti de Nepita, Cum ob ſuſpitionem quam cum eo habebant maximè quia prętendebat, & de eo erat publica fama in Ciuitate dictã Agatham Velle coniungi in matrimoniũ cum Antonino Chiſari V. I. D. eius nepote ſororis filio tum quia petierant à Principe, & M. R. C. delegatum ſpecialem in cauſam, vnde triduo poſt delictum dicta Agatha callide propoſuit accuſationem coram dicto de Nepita cõtra Coſmũ Principi, vt deponit Franciſcus Muxumarra fol. 115. Et ſunt acta publica in Regia Theſaureria, cum ad eam non pertineret ius accuſandi
93 de morte viri, filijs exiſtentibus, quia ius † accuſandi regulatur ſecundum ius ſucceſſionis, Bal. in add. Specul. rub. de accuſ. verſ. filius occiſi, Bertacch. in reper. in ver. filius occiſi, nu. 4. Nec vti tutrix poterat ſola accuſare, quia in teſtamẽto dicti miſerãdi Nuntij celebrato circa annum ante eius mortem in actis Laurentij de Xacca die 20. Aprilis 4. Ind. 1591. fuit relicta tutrix ſimul cum Ioanne Vincẽtio Patania cum clauſula, vt vnus ſine altero nõ poſſet ad-
94 miniſtrare, & cõſequenter, nec † accuſare, Io. Andr. in add. ad Specul. tit. de tutor. §. generaliter, verſ. fin. ex quò dicta Agatha accuſando maleſactorem, cum ad eam nõ pertineat accuſatio, & ſollicitãdo Iudicem, vt inquiratur cõtra reum, contradicente Ioan. Vincentio Patania tutore filiorum dicti miſerandi Nuntij, vt colligitur ex ſupplicationib⁹ factis dicto Spect. de Nepita die 1. Aprilis 5 Ind. 1592. oritur cõ-
95 tra dictã Agathã vehemens † inditiũ, Menoch. vol. 1. de pręſumpt. quæſt. 89. nu. 106. Marſil. in pratt. crim. §. diligenter, nu. 150.

Ex quibus quidem inditijs pręſumptionib⁹, conjectu-

coniecturis, & argùmentis probabilibus, & vr-
gentiſſimis ortis ante delictum, in ipſo delicto,
& poſt delictum, etiam quod nõ adeſſent con-
teſtes depoſitiones pręcipuè ex diritate, & im-
manitate delicti iure optimo ſequi poterat con
demnatio, Quia iura contra aſſaſſinios non ſer-
uant ordinem conſuetũ ſeruari in regularibus,
96 & ordinarijs delictis, ſed † procedunt ommiſſo
iuris ordine, Anto. Gabr. lib. 7. concluſ. tit. de.
crim. concl. 1. nu. 23. Pariſ. in tract. ſind. ſol. 57.
num. 14. Marſil. in l. vnius, §. cogniturum, col.
14. ff. de quæſtio.

Ex quibus iure optimo fuit confirmata per
Illuſtres reuiſores ſententia Magnæ Curiæ, &
obtenta ipſius exequutio non enim poteſt Deo
97 † pinguior victima mactari quã homo iniquus,
Farin. quęſt. 17. ſub nu. 3.

98 Nec † crudelis eſt qui maleficos occidit cap.
non eſt crudelis 25. quæſt. 5. & vt ait pſalmiſta
99 letabitur iuſtus cum † viderit vindictã, & ma-
nus ſuas lauabit in ſanguine peccatorũ. & quan
100 do † delinquentes nõ puniũtur, publica turba-
tur lętitia, l. nemo, vbi Bal. C. de epiſc. aud.

ARGVMENTVM.

Vtrùm crimen lęſę Maeſtatis cõmicti dicatur
contra Barones Vaſſallorum?

SVMMARIVM.

Barones Vaſſaſſollorum dicuntur̃ conſiliarij, nu. 1.
Conſiliarios offendens, dicitur commictere crimen læſæ Maeſtatis, num. 2.
Baronem offendens Principem recognoſcentem, videtur offendere perſonã Principis, quem recognoſcunt nu. 3. contra, nu. 6.
Affectus punitur in crimene læſæ Maeſtatis, non ſequuto effectu, nu. 4. maximè ſi fuerit deuentum ad actum proximum, nu. 5.
Læſæ Maeſtatis crimen non commictitur ex priuato odio, nu. 7. & præſumitur ex priuato odio ſequuta offenſa, num. 8.
Pæna arbitraria ex qualitate facti, & perſonarũ extenditur vſquè ad mortem incluſiuè, nu. 9.
Fiſcus in crimine priuato nullam habet actionem, num. 10.
Querela debet redigi in ſcriptis, licet verbo dari poſſet, num. 10.

DECISIO XXXXI.

N. . . . . & ſocij in platea N. inſultarunt
N. dictæ Terræ, & vulnerarunt eum in capite
ad mortem, fuit dictus de N. per offitium N.
condemnatus pæna vltimi ſupplitij, & confi-
ſſiationis bonorum, & via grauaminis per eun
dem appellatum ad M. R. C.

Et non fuiſſe illatum grauamen allegabatur
1 primo ex parte ipſius N. quòd † vaſſallorum
Baronis maximè habentes merum, & mixtum
imperium dicuntur conſiliarij, & offendentes
2 † cõſiliarios dicuntur incidere in crimen læſæ
Maeſtatis, Salic. l. quis quis, C. ad l. iul. maeſt.
Alex. conſil. 13. num. 2. lib. 6. Cepoll. conſil. 17.
circa fin. Socc. Iun. conſil. 105. num. 24. lib. 3.
Alciat. conſ. 456. Auall. conſ. 88. num. 2. lib. 2.
Menocch. conſ. 94. nu. 26. vol. 1. Bellon. conſ.
32. Peregr. de iure fiſci lib. 4. tit. 5. nu. 27. Cor.
rad. de off. prętor. in cauſis crim. §. 3. tit. de reis
læſæ Maeſtatis, nu. 4. & 5. Clar. in §. læſæ mae-
ſtatis, verſ. dubium tamen, Decian. conſil. 18.
num. 317. lib. 1.

3 Quia offenſo † Barone Principem recogno-
ſcente, videtur offendere perſonam Principis,
quem recognoſcunt, l. 1. ff. ad l. iul. maeſt. Boſſ.
tit. de crimine lęſę maeſtatis, num. 53. Gigas in
tract. eiuſdem tit. lib. 1. quæſt. 29. nu. 2. Afflict.
in cap. 1. verſ. & bona commictentium crimen
læſæ maeſtatis, nu. 44.

4 Et in † crimine læſæ maeſtatis, punitur affe-
5 ctus nõ ſequuto affectu pręſertim vbi † deuen-
tum fuerit ad actum proximum, Clar. in §. lęſę
maeſtatis, verſ. ſcias autem, ibiq; Baiard. nu. 4.
vbi ait ita ſeruari de cõſuetudine, Boer. in tract.
de ſeditiuſis 7. pręſuppoſito, nu. 42. Socc. Iun.
conſ. 105. nu. 37. vol. 3. Couarr. in clem. ſi furio-
ſus fol. 278. verſ. 1. infertur de homicidio, Bart.
in extrauagan. ad reprimendum ver. rebellan-
do, Aplaca in epit. delict. cap. 6. num. 3. & 15.
Farin quæſt. 17. nu. 36.

Sed reſpondebatur ex parte cõdemnati, pri-
6 mo quia propter offenſam † contra recogno-
ſcentem ſuperiorem non commictitur crimen
lęſę maeſtatis, Rodin. de republ. lib. 1. cap. 10.
& cap. 11. & lib. 2. cap. 6. & lib. 5. cap. 3. Ioann.
Faber. in proem. inſtit. in prin. in ver. maeſta-
tem, Guid. Pap. deciſ. 344. Carrerius in pratt.
crim. verſ. 11. caſus, nu. 24. fol. 25. Marc. deciſ.
292. ſub num. 8. par. 1. Anto. Gomes tomo 3.
delict. cap. 2. ſub num. 10. Calder. conſil. 7. &
conſil. vlt. tit. de accuſat. Anchar. conſ. 287. &
in clem. paſtoralis, col. 2. de re iud. Bellam. cõſ.
25. ſub num. 7. & 8. Dec. conſil. 410. col. fin.
Ruin. conſil. 3. ſub num. 12. vol. 5. Siluan. conſ.
43. num. 15. Prępoſ. in cap. in primis, §. de per-
ſona ſub nu. 21. & 24. 2. quæſt. 1. Nell. in tract.
de bannit. 1. par. 2. temp. quæſt. 16. Gigaſ. de
crim. læſæ maeſt. lib. 1. tit. qualiter, & à quibus
crim. læſæ maeſt. comm. quæſt. 6. num. 2. & 3.
Socc. conſil. 275. ſub num. 1. lib. 2. & conſil. 57.
col. 3. & conſ. 121. col. 1. Mazol. conſil. 68. nu
27. Aleiat. conſil. 19. nu. 4. lib. 7. Vulpell. conſ.
21. ſub num. 5. Picard. conſil. 120. nu. 4. vol. 2.
Ioacchin. Miſinger. conſil. 44. art. 1. num. 6.
Burſat. conſil. 147. nu. 24. in fin. Honded. conſ.
108. ſub num. 56. vol. 1. Viui. deciſ. 278. nu. 5.
Miſinger. cent. 5. obſeru. 41. nu. 2.

7 Secũdò reſpondebatur vulnus † ſuiſſe illatũ
ex priuato odio, & innimicia priuata, N. quò
fit vt non videatur crimen læſę maeſtatis com-
miſſum, etiam ſequuta morte, Ifern. & Afflict.
in d.cap.1.ver.& bona tit.quæ ſint regal. Bart.
in l.hoſtes, ff.de captiu. Salic.in l. fallaciter, C.
de abolit. Auall.conſ.1.lib.3. & conſ. 48. lib.2.
& conſil. 15. lib.4. Farin. quæſt. 17. num. 40.
Cephal. conſ.26. Burſa.conſ.147.& conſ. 216.
Bertazz.conſ.35. Sforz.Odd.cõſ.88. Honded.
conſ.105.& conſ.108. lib. 1.& conſ. 100. lib.2.
Fab. Ann.conſil.67. lib.1. Baiard.ad Clar.in d.
§.læſæ maeſtatis verſ.7. Menoech.conſil. 107.
Decian. conſil. 18. lib. 2. & in criminal tit. de
læſæ maeſt. cap.5. Capic. deciſ.130. Afflict. in
conſt.vt participatio, nu.38. Gigaſ.de crimin.
læſæ maeſt. quæſt.54.nu.7.

Et licèt ſuiſſet dubium, ſi offenſio fuiſſet fa-
8 cta ex priuato odio, vel vt † maeſtas lęderetur,
prępſumeretur ex priuata cauſa fuiſſe factum de-
lictum, Auall.conſ. 1.num.5 & 36.lib.3. Farin.
quęſt.17. num.41. Baiard.ad Clar. in d.§. læſæ
Non obſtat ſecũda ratio, quod donatio, ſeu
refutatio poſſet liberè fieri in proximè ſucceſſu
rum, abſq; iuſta querela remotioris.

Quia reſp. primo verũ eſſe durãte vita ipſius
proximioris, ſed eo mortuo iuſtè conquereret
ſecundogenitus vti proximior tempore mortis
refutantis, cum non potuit irreuocabiliter fieri
refutatio in primogenitũ in prӕiuditium ipſius
74 ſecundogeniti, cui quӕſitũ † erat ius ſaltim ſpe
probabili in ipſo feudo, Aret. cõſ. 7. col. 2. verſ.
prӕterea, Curt. conſ. 1 in 2. dub. Cagn. in l. fin.
nu. 284. C. de pact. Socc. Iun. conſ. 95. num. 34.
vol. 3. Ruin. conſ. 3. num. 31. & conſ. 36. nu. 16.
vol. 1. Menocch. conſ. 211. nu. 99. & 100. vol. 3.
& conſ. 109. nu. 64. vol. 2. Gomez in regul. can-
cellar. de non tolle. iure quӕſito quæſt. 4. quia
75 ſpes † probabilis, & ius quӕſitum parificantur,
Cephal. conſ. 318. nu. 77. vol. 3. Vbertin. Zuc-
card. in l. 1. num. 34. C. de pact. & conſ. 228. nu.
33. vol. 2. Socc. in l. gallus, §. videndum, nu. 3.
ff. de lib. & poſt. Bart. in l. 1. & in l. fin. C. de
pact. per l. ſpem, C. de donation.

76 Secũdo reſp. quia † feudatarius habet feudũ
ex pacto, & prouidentia, vel mixtum, vt poſt
mortem ſuam reſtituat proximiori vocato ad
inſtar fideicõmiſſi, Alex. Trentacinq. in tract.
ſubſt. par. 4. cap. 12. col. pen. verſ. primo feu-
dum, Dec. conſ. 445. num. 33. Ruin. conſ. 151.
num. 3. vol. 2.

At quando debet fieri reſtitutio incertӕ per-
ſonæ proximiori tẽpore mortis nõ poterit fieri
77 prӕmatura reſtitutio, & † rèſutatio proximori
tempore refutationis in prӕiuditium illius, qui
reperiretur proximior tempore mortis, ita re-
ſpondit Reuerendiſſ. Pariſ. conſ. 23. ſub nu. 22.
vol. 3. omnino videndus, & teſtatur hanc eſſe
com. opin. Milan. lib. 2. de hiſp. primogen. lib.
2. cap. 4. nu. 23. 24. 25. 26. & 27. fol. mihi 229.
Et licet Molin. loquatur in fideicõmiſſo, valet
78 arg. † de feudo ex pacto, & prouidẽtia, vel mix-
to (vt ſumus in noſtro caſu) ad fideicõmiſſum,
& ècontra, Menocch. conſ. 275. nu. 12. & conſ.
277. nu. 32. vol. 3. cum cõcord. in 2. cent. feud.
art. 73. nu. 11. & 12. fol. 313.

Nõ obſtat tertia ratio quod Ricardus ſuſpe-
pit caſale Culchaſij pro ſe ſuiſquè hӕredibus, &
ſucceſſoribus in perpetuum, nõ poſſe allegare
proximitatem tempore mortis iuxta cap. ſi ali-
quem, quia illud nõ procederet vaſſallo diſpo-
nente inter viuos, vel in vltima voluntate, ſed
tantum locum ſibi vendicat ab inteſtato.

Quia reſp. quod dato citra veri prӕiuditium
quod pater poſſet pro filijs ſtipulari, tamen in
caſu noſtro non fuit ſtipulatus pro eis ſed tan-
tũ recepit pro eis, vnde ſicut Notarius qui pro
alio poteſt ſtipulari ſi pro eo recipit, nihil acqui
79 rit, non † additis verbis me Notario pro eo ſti-
pulante, ita pater recipiendo pro filijs, eis non
acquirit, niſi pro eis etiã ſtipularetur, vt ſentit
Curt. Iun. conſ. 52. ſub nu. 12. vol. 1.

Illa enim verba recipienti pro ſe, & hӕredi-
80 bus, & ſucceſſoribus nihil operantur, cum † ta-
citè inſint, l. 3. ff. de leg. 1. Prӕſumitur namquè
81 filijs, & † hӕredibus ſuis quemlibet proſpexiſſe
l. pactum, ff. de probat. Bal. in cap. 1. num. 1. de
nat. ſucceſſ. feud.

Nõ obſtat quarta ratio quod Caſale Culcha-
fuit conceſſum in forma hӕreditaria, per illud
verbum hӕredibus, quod ſuaptè natura impor-
tat feudum hӕreditarium, & propter illud ver-
bum in perpetuũ, & Doctores in feudo hӕredi-
tario ſunt cõcordes, vt debeat inſpici proximi-
tas tempore refutationis, & nõ tẽpore mortis.

Quia reſp. prima licet verbum hӕres, & ver-
bum in perpetuũ inducant regulariter feudum
82 hӕreditarium, tamen non procedit adiunctis †
verbis illis in inueſtitura, formula, ſeu tenore,
de ſuo corpore legitimè deſcendentibus cum
clauſula iuris frãcorum, quia tunc dicetur feu-
dum ex pacto, & prouidentia, Ant. Gabr. lib. 6.
concl. rub. de verb. ſign. concl. 3. nu. 10. Afflict.
in conſtit. vt de ſucceſſionibus, nu. 69. & 70. de
ſucceſſ. nob. in feud. & in cap. 1. §. prӕterea du-
catus, nu. 24. de prohib. feud. alien. per Feder.
Arius Pinel. in l. 1. par. 3. nu. 9. verſ. inſertur ter-
tio, C. de bon. mater. fol. 395. Atquè ita erit in-
ſpiciẽda proximitas tempore mortis, habet lo-
83 cum etiam in feudo hӕreditario, & † cuiuſlibet
alterius formæ quæ cenſetur informata à dicto
cap. ſi aliquem, Cannett. in eod. cap. ſi aliquem
§. penult. nu. 6. 7. 8. 9. & 10. vbi teſtatur comm.
opin. & §. permictendũ, nu. 40 & 87. fol. 241.
& 247. & in §. & quia, num. 4. fol. 268. & in §.
colligitur, num. 12. fol. 290. & in §. in tex. ibi,
nu. 1. 2. 3. & 4. fol. 333.

Nõ obſtat quinta ratio, quia vtrum inſpicia-

tur proximitas tempore mortis, vel refutationis eſt paſſus ſatis dubius, & in dubio eſt iudicandum pro poſſeſſore.

84 Quia reſp. non † poſſe dici rem dubiam vbi eſt caſus legis l. illam, C. de collat. quam refert Milanenſ. deciſ. 2. nu. 54. in fin. lib. 1. At quod debeat inſpici proximitas tempore mortis eſt caſus apertus in d. cap. ſi aliquem, & in d. cap. Regis Caroli 204. in tex. ibi tempore ſuæ mortis, ergo, &c.

85 Quamuis † nulla poſſet inueniri opinio tam bona equa, & ſancta quæ ſubtilibus rationibus & cauillationibus conuinci nequeat, Ant. Maria Corat. in tract. comm. opin. nu. 22. Neuizz. lib. 5. ſiluæ nupt. 3. limit. num. 67. circa med. Surd. deciſ. 272. circa fin.

Pręterea Canet. qui met autumauerit ſcribere eſſe adeo rem dubiã, vt deciſione ceſarea indigeret, pro indagine veritatis reſpondit eſſe magis com. opin. debere inſpici tẽpus mortis,

86 vnde tamquam † ſibi contrarius eius doctrina erit reijcienda, Surd. d. deciſ. 272. col. fin. Rimin. Iun. conſ. 7. num. 124. vol. 1. Burſ. conſil. 124. num. 55. vol. 1.

Non obſtat ſecundum fundamentum principale de tranſactione, & relaxatione facta per ipſum patrem actoris qui etiam conficiens inuentarium tenetur eam approbare per iura, & authoritates allegatas.

Quia reſp. procedere in alienatione, ſeu tranſactione ſuper feudo hęreditario, ſecus in feudo ex pacto, & prouidentia (vt hic ſumus) in quo

87 veniens actor † ex perſona propria, vti vocatus ex inueſtituris antiquis nõ poterit ei conficienti inuentarium obijci de alienatione, ſeu tranſactione, Marc. Ant. Peregr. in tract. de fideicom. art 52. nu. 81. & 82. Cephal. conſil. 326. nu. 14. vol. 3. & conſ. 155. num. 35. vol. 2. & conſ. 133. nu. 82. vol. 1. Ioan. Thom. de Marin. in tract. de gener. & qualit. feud. rubr. de feud. habe. vim feud. hęred. nu. 2. 3. 4. & 5. & in rub. de feud. ex pacto, & prouid. ſub uu. 40. Cannett. in extrauag. volentes, §. non poteſt, nu. 11. fol. 101. & in §. ſed occurrit, num. 6. & 13. in fin. fol. 163. Auguſt. Berous conſ. 86. nu. 59. vol. 1. Capic. in inueſt. fued. rub. feud. genera verſ. ex pacto, & prouidentia in 3. declaratione fol. 239. Rimin. Iun. conſ. 18. nu. 29. vol. 1. Burſ. conſ. 3. nu. 29. vol. 1. Milanenſ. deciſ. 7. ſub num. 19. par. 2. & deciſ. 7. ſub num. 4. par. 1. doctiſſ. Aponte conſ. 33. nu. 6. vbi teſtatur hanc eſſe com. opin.

88 Et licet reperiantur qui † dixerint formã dicti feudi Mangiadaijni inducere feudũ mixtũ inter quos fuit Aperno conſ. 22. nu. 1. circa medium, Ioan. Thom. de Marin. in tract. de gener. & qualit. feud. rub. de feud. mixto, num. 3. & 8. Tamen quò ad effectum de quo queritur nihil

89 † differt mixtum à pacto, & prouidentia mero, quia conficiẽs inuentarium poterit contrauenire alienationi, & tranſactioni factę per defunctum, Craſſ. in ſecũdo lib. com. opin. quęſt. 25. verſ. feudum, quem etiam ſequutus ſum abſq; pręſumpta patrocinij affectione in prima cent. feud. quæſt. 51. nu. 12.

Quinimmo (ſecundũ aliquos) etiam non con-

90 fecto † inuentario in feudo antiquo non tenetur hęres approbare factũ defuncti, Ant. Gabr. lib. 6. concl. tit. de reg. iur. cõcl. 11. nu. 19. Dec. conſ. 445. nu. 56. Ruin. conſ. 51. col. pen. vol. 5.

Non obſtat tertium fundamẽtum principale, quod ſaltim iſte Camillus conuentus ex parte patris debeat abſolui à petitione dicti feudi, cum Honofrius eius pater deſcẽdat per lineam directã à ſtipite à quo Caſale Culchaſij prouenit quo caſu debet ceſſare diſpoſitio cap. nouiſſimi, vt ſecundogenitus pręferatur nepti filiæ primogeniti præmortui fundata ſuper illã rationem, nè feuda exeant familiã, cum (ſecundũ partem aduerſam) conuentus ſit de familia.

Quia reſp. primò (dato citra veri pręiuditiũ quod in facto fuiſſet probata talis deſcẽdentia) quod dictum cap. nouiſſimũ non eſt fundatum ſuper vnica ratione allegata, nè feuda exirent de familia à qua proueniant, ſed ſuper alijs ra-

91 tionibus, vt ſtati in probabo, Quo fit, vt † vna ceſſante durare debeat diſpoſitio propter aliã rationem ſuper exiſtentem, §. affinitatis inſtit. de nupt. Farin. quęſt. 28. nu. 55.

Numquã enim pręſumitur fuiſſe vnicam rationem ſtatuti, niſi cõtrarium probetur, Surd. deciſ. 175. nu. 23. Rip. in rubr. ff. ſol. matr. nu. 62. Gozad. conſ. 103. nu. 19. Abb. conſ. 74. nu. 11. Becc. conſ 41. nu. 24. & conſ. 111. num. 27. Tiraqu. cauſa ceſſa. limit 21. nu. 11. & 14. Alex. in l. ſi cõſtante in prin. nu. 5. verſ. ſed quid ſi petenti, ff. ſol. matr. Salic. in l. ſi ſerui ſub num. 21. C. de noxal. act. Grat. conſ. 26. num. 30. vol. 1. Socc. Iun. conſ. 10 nu. 21. vol. 1. Ant. Gabr. lib. 6. concl. tit. de ſtatutis concl. 6. nu. 5. Gomet. in §. omnium, nu. 28. inſtit. de action. Tob. Non. conſ. 16. nu. 11. & ita tranſire moderniores fatetur Andreas Gambar. in tract. extenſionum, nu. 146. Tanto magis quando veriſimiliter alia ratio aſſignatur ſcilicet prærogatiua gradus cũ ſecundogenitus ſit proximior nepte, §. 1. & 2.

92 inſtit. de grad. cognat. Quia in hijs qui † ſuccedunt cum clauſula iuris francorum non datur ſubintratio, Iſern. in cap. 1. §. his autẽ deficientibus de grad. ſucced. in feud. cuius ſententiam dixit communem Cannett. in cap. ſi aliquem, § ſed hic tractandum fol. 307. & in §. & multo magis in fin. fol. 295. meus Milanenſ. deciſ. 8. num. 224. par. 1.

Secundò reſp. ſiue inſpiciamus vltimò morientem Iacobum Antonium ſiue ſtipitem primum, ſcilicet Ricardũ, & Conſtantiã, ſemper Camillus cõuentus eſt remotior in gradu reſpectu ipſi ſecundogeniti patris actoris.

Nam

Nam reſpectu Iacobi Antonij vltimo morientis cuius proximitas inſpicitur ex cap. ſi aliquem, vt dixi in 2. cent. feud. art. 75. nu. 10. eſt in primo gradu Ipſus actoris pater, §. 1 inſtit. de grad. cognat. Honofrius verò in vlteriori; dato, & non conceſſo quod deſcendentia articulata, probata fuiſſet, Quia Ricerdus, & Conſtantia iugales genuerunt Iacobum ſecúdogenitum, Iacobus genuit Ioannem, Ioannes genuit Franciſcum, Franciſcus genuit alterum Ioannem, Ioannes genuit Honofrium, & Honófrius Camillu cõuentum, Vltra quod reſpe-
93 ctu † Iacobi Antonij vltimo morientis Camillus conuentus eſt de collateralibus, & Ipſus pater actoris de deſcedentibus, Cannett. in cap. ſi aliquem, §. premictendũ, nu. 19. in fin. fol. 249.

Si verò conſideretur proximitas reſpectu ſtipitis eſt quoque vana conſideratio.

94 Primò quia non poteſt † cõſiderari proximitas reſpectu acquiſitoris, ſeu ſtipitis, ſed reſpectu vltimo morientis, & ita exponũtur verba dicti cap. ſi aliquem, in tex. ibi nullo hęrede legitimo per lineam deſcendentem, l. ex facto, §. fin. ff. ad trebell. cap. 1. §. quia vero, de his qui feud. dar. poſſ. vbi Iſern. & Afflict. in 7. not. Aperno conſil. 19.

Secundò quia etiã reſpectu ſtipitis Ipſus pater actoris eſt proximior Honofrio patre conuenti, quia Ricardus, & Conſtantia genuerunt Nicolaum primogenitũ, Nicolaus genuit Iacobum Antoniũ, Iacobus Antonius genuit Ipſũ patrem actoris; qui dicitur in tertio gradu, Honofrius vero cum longè diſtet ex denumeratione quinque perſonarum dicitur in quinto gradu, Bart. in tract. different. inter ius Canon. & Ciuile, num. 46. Bal. in l. 2. col. 2. C. de ſucceſſ. ed. Crauett. in tract. de antiqu. temp. par. 5. in prin. ſub num. 2.

Tertiò quia Ipſus pater actoris dependet à Nicolao primogenito, Honofrius pater conuenti à Iacobo ſecundogenito, & cum in dicto feudo Culchaſij ſeu Mangiadaijni viuatur iure francorũ debet eſſe in cõſideratione ius primogenituræ, & durante linea primogeniti, nõ
95 habet † locum linea ſecũdogeniti, nè alias ſuc-
96 ceſſio eſſet † nimis ambulatoria de vna linea ad aliam, alciat. inter conſ. Grati, cõſ. 8. nu. 5. & 6. vol. 1. Ludou. Molin. de Hyſp. primogen. lib. 3. cap. 6. nu. 30. & 31. Bal. in l. cũ antiquioribus, num. 11. verſ. 9. C. de iure delib. Paul. de Caſtr. conſ. 164. nu. 4. & 5. vol. 2.

Quapropter deciſiſſet Magna Curia actoris petitionem procedere, ſi tranſactum inter partes non fuiſſet.

ARGVMENTVM.

Quandò ſentẽtia defectu terminorum dicatur nulla, & multa circa alienationem rerum Eccleſiæ?

SVMMARIVM.

Dictio ſtatim ſignificat ſummariè, nu. 1.

Cauſæ Eccleſiarum ſunt ſummariè, nu. 2.

Reſtitutiones quando conceduntur, ordinariè & extraordinariè, nu. 3.

Sententia eſt ipſo iure nulla non ſeruato ordine proceſſus, num. 4.

Ritus quæ tradidit intelliguntur pro forma, nu. 5.

Formæ ommiſſio etiam in modicis vitiat actum, nu. 6.

Nullitas defectu terminorum debet cognoſci ſeorſum à meritis, nu. 7. declara, nu. 8.

Verbum demoſtraſſi adiectum in Cap. Regni Regis Ferdin. 44. declaratur, nu 9. & 10.

Inſtrumenta non probant niſi dato termino ad reprobandum, nu. 11.

Sententia non erit nulla ſi Iudex probationes oblatas recipere noluiſſet, nu. 12. declara, nu. 13.

Tempus decendij ad appellandum non currit minimè notificata interloquutoria, nu. 14.

Sollemnitates aliàs de iure requiſitæ in alienationibus rerum Eccleſiæ de conſuetudine non ſeruantur, nu. 15. & talem conſuetudinem Romana Eccleſia patitur, & diſſimulat, nu. 16. ratio, nu. 17.

Dictio multis verificatur ſaltim in duobus, vel vltra, num. 18.

Conſuetudo probatur per duos teſtes tantum deponentes de duobus ſaltim actibus cum curſu longi temporis, nu. 19.

Conſuetudo in actibus extra inditialibus nõ requiritur vt ſit obtenta in contradictorio inditio, nu. 20.

Conſuetudo diminuitiua ſollemnitatum requiſitarum in alienationibus rerum Eccleſiæ valet, nu. 21.

Sollemnitates aliàs requiſitæ in alienationimus rerum Eccleſiæ non ſunt neceſſariæ in alienationibus rerũ viliſſimarum, & modici valoris, nu. 22.

Res Eccleſiæ modici valoris quæ dicatur Iudicis arbitrio remictitur, nu. 23. (nu. 24.

Neceſſitas requiritur in alienatione rerum Eccleſiæ,

Prælato alienanti res Eccleſiæ, & aſſerenti pecunias ſeruiſſe pro neceſſitatibus Eccleſiæ creditur exiſtente tunc temporis coniectura neceſſitatis, nu. 25.

Cauſa vtilitatis eſt legitima pro alienatione rerum Eccleſiæ, nu. 26.

Vtilitatis cauſa vbi ineſt in alienationibus rerum Eccleſiæ non eſt querendum vtrum ſollemnitates ſeruatæ fuerint, nu. 27.

Cap. terrulas 12. quæſt. 2. declaratur, nu. 28.

Sollemnitates requiſitæ in alienationibus rerum Eccleſiæ ex longiſſimo tempore præſumuntur, etiam non enuntiatæ in inſtrumento, nu. 29.

Iuramentum interpoſitũ in cõtractu venditionis facit præſumere omnes ſollemnitates interueniſſe nu. 30.

Pretium debet reſtitui emptoribus bonæ fidei rerum eccleſiaſticarum, nu. 31.

Mala fides primi emtoris tranſit in hæredem vniuerſalem, nu. 32. non autem ſingularem, nu. 33.

Appellatio à Vicario Principis interponitur ad delegantem, nu. 34.

Appella-

Appellatio debet dari Iudici à quo nõ ordinario abſq; proteſtatione, nu.35.
Appellatio non data Iudici à quo ſed ordinario abſq; proteſtatione non dicitur nulla, nu. 36.
Sententia defectu citationis eſt nulla, nu.37. etiam in fauorem abſentis nu.38.

DECISIO. XXXXIIII.

CIrca tria dubitari contingit in præſenti cauſa, primum vtrum ſententia lata contra Dominum Ioſeph Madrens V.I.D. eiuſq; conſortem dominam Lutiam fuerit nec ne nulla, vel iniuſta, ſecũdum vtrum appellatio ab ea interiecta fuerit legitima, tertium vtrum interloquutoria lata per M.C. quod appellatio declaretur deſerta ſit iniqua, vel nulla.

Quò ad primum dico ſententiã latam à Domitio de Pactis 14. Martij 5. Indict. 1592. tunc cõſultore Illuſtriſſimi Marchionis Hiracij per Regnũ Vicarij, & hodie benemeritiſſimi huius Regni Pręſidis eſſe nullam ſimul, & iniuſtam.

Eſt nulla, quia propoſita petitione corã Illuſtriſſimo Marchione contractũ venditionis factum per Cõuentum S. Franciſci Ciuitatis Syracuſarũ duarum apotecarũ cum horreo Ioanni Antonio de Alagona pro vntijs 47. in præſentiarũ poſſeſſarũ per dictos iugales de Mandrens declarai nullum defectu ſollemnitatum requiſitarũ in alienationibus rerum Eccleſiæ, dictoſq; poſſeſſores cogi ad relaxãdum vna cũ fructibus à die litis conteſtatę, fuit decretata ꝙ Spect. Conſultor prouideat ſtatim.

1 Dictio † ſtatim ſignificat ſummariè, quaſi fuerit per Illuſtriſſimũ Marchionem cõmiſſa ſummaria cognitio, nõ autem ordinaria, vt docuit omnium magiſter Bart. in l. res quæ §. res autem ſub num. 1. ff. de iure fiſci per tex. in l. ſi quis poſt hac, ibi quoquomodo occupatas ſtatim recipiat, C. de bon. proſcr. & damn. Paul. de Caſtr. in l. ſi marito in prin. nu.2. ff. ſol. matr. vbi dicit perpetuo eſſe menti tenendum, quia valde ſingulare, & pulcrum, Salic. in d. l. ſi quis poſt hac in prin. num. 1. circa med. Bart. in l. 1. nu.2. verſ. quid dicimus, ff. iud. ſolui. Et conſequenter ſe reddit cõformem ritui totius Regni
2 quo cauſæ † Eccleſiarum ſummarię ſunt, cap. ritus 39. incip. in ſummarijs in fin. At in cauſis ſũmarijs dantur termini principales, ad defen-
3 dendum, reprobandum, & cõceduntur † reſtitutiones, quando ſunt reſtituibiles (vt domina Lutia vxor iſtius de Mandrens quæ erat donataria omnium bonorum) non ſolum ordinariè ex cauſa primæ, & ſecundæ, ſed etiam extraordinariè, publicatio, & cõcluſio in d. cap. in ſummarijs, Sed in cauſa prędicta non fuit ita obſeruatum, quia fuit tantummodo datus terminus extraordinarius dierum quatuor ad defendendum, & reprobandum, & faciendũ omnia eius incumbentia, & alius terminus dierum duorũ ad dicendum, & allegandum, Non obſtãtibus ſupplicationibus iſtorum de Mandrens petentium terminos iuridicos iuxta commiſſionem, & ritum, dicentis aliàs omnia acta nulla, & nul-
4 liſſima in forma, Vnde nõ ſeruato ordine proceſſus dato à ſtatuto, ſeu ritu ſentẽtia † eſt ipſo iure nulla, arg. l. prolatam, C. de ſente. l. 1. C. de exeq. rei iud. cap. ad petitionem, §. fin. extra de accuſa. cap. veritatis extra de dolo, & contuma. Vant. de null. ex defe. proceſſ. ſub nu. 1. Et quæ
5 à ritu † tradita fuerunt intelligũtur pro forma, Cum. in prȩlud. ſuper Ritu, nu. 11. vbi noſtra-
6 tes magis communiter. Et † commiſſio formæ etiam in modicis vitiat actum, Tiraqu. de retr. ligna. § 1. gloſſ. 21. nu. 11. & dixi ſuper bull. lib. 1. quæſt. 9. num. 11.

7 Et † nullitas iſta defectu terminorũ eſt talis, vt cognoſci debeat ſeorſum à meritis per Cap. Regni Regis Ferd. 44. rub. de null. ſent. Quan-
8 do per † partem allegantem nullitatem demoſtratur quod ſi termini dati fuiſſent talia releuantia producentur quibus obtinuiſſet ſententiam in eius fauorem. At iſti de Mandrens probaſſent (quod ob breuitatem terminorum non potuerunt probare) cõſuetudinem antiquiſſimam in Ciuitate Syracuſarum nõ eſſe neceſſariam in alienationibus rerum Eccleſię conuentualium ſollemnitatem aliàs de iure requiſitas, ſed ſufficere cõſenſum capituli, & miniſtri, ſeu Prouincialis confirmatio, item prȩtium fuiſſe cõuerſum in vtilitatem Eccleſiæ, item res alienatas eſſe viliſſimas, & prorſus Eccleſiæ inutiles, item interueniſſe ſollemnitates aliàs neceſſarias, vel earum aliquas magis fundamentales.
9 Et † illud verbum demoſtraſſi adiectum in d. cap. Regni Regis Ferdin. 44. impropriatur ſecundum ſubiectam materiam, arg. l. ſi vno in prin. vbi gloſſ. ff. loca. Bart. in l. 1. in 1. opp. C. de nego. geſtis, vt non ſignificet probationem, ſed quandam ante poſitionem, allegationẽ, ſeu adductionem probandorum per partem nullitatem prȩtendentẽ, Non enim poteſt intelligi ſecundum propriam ſignificationem probationis, quia adducta, ſeu allegata in iuditio nullitatis non fuerunt probata defectu terminorum in alio iuditio, nec deberent probari in iuditio nullitatis, quia aliàs eſſet iudicare ſecundũ merita cauſæ, quæ prȩſupponuntur talia, vt vittoriam mereantur, & ſic eſſet cõtra intentionem d. cap. 44. volentis, merita non eſſe conſideranda in nullitate defectu terminorum, & denegatarum defenſionum, & ita nõ ſemel in Magna Curia fuit interpetratum, & terminatum.

10 Nec poteſt † verificari illud verbum demoſtraſſi ſecundum veram probationem in publi-
11 cis inſtrumentis, cum nequè † illa probent niſi dato termino ad reprobandum, vt dixi ſuper

bulla quęſt. 57. num. 5. & conſequenter Iudices cognoſcerent de meritis in caſibus exceptuatis in dict. cap. 44. contra eiuſdem intentionem, vt modo dixi.

Et ſi ſubtiliter dicatur, aduertas quia parte contradicente circa modu procedendi fuit per Iudicem interloqutũ, audiatur, & procedatur dato termino extraordinario dierum quatuor, die 18. Februarij 5. Ind. 1592. à qua non apparet fuiſſe appellatum, vnde pręſumendum erit pro ea quod ita procedi debuiſſet prout fuerat interloquutũ, vt ſentit Vant. in tract. de nullit. rub. de null. ſen. ex defectu proceſſ. nu. 39. circa
12 fin. fol. 215. vbi dicit quod ſi † Iudex probationes oblatas recipere noluiſſet, ſed illis non obſtantibus ad cauſæ expeditionem proceſſiſſet
13 ſententia non erit nulla, ſi à † denegatione admiſſionis probationum appellatum non fuerit poſt Ant. Cald. dom. Franc. Felin. & Capic. in locis per eum allegatis.

Quia reſpond. nõ fuiſſe dictam interloqu-
14 toriam parti notificatam, vnde aliquod † ei nõ parit pręiuditium, nec decẽdium currit ad appellandũ auth. hodie, vbi gloſſ. in ver. à ſententiæ, C. de appell. Alex. conſ. 136. num. 2. vol. 2. cap. quò ad conſultationem, vbi Cano. extra de re iud. Marin. in ſpec. par. 6. rub. de appell. actu 2. prin. nu. 205. fol. 298. cap. carcerationi de appell. lib. 6. gloſſ. in cap. ab eo de appell. lib. 6. l. 1. §. fin. ff. quando appella ſit.

Dicitur etiam in iuſta ſentẽtia pręd icta, quò ad merita nam per eam fuit declaratus contractus venditionis nullus, & cõdemnati dicti de Mandrens relaxare apotecas, & horreum vnà cum fructibus à die litis conteſtatę deductis, & compenſatis melioramentis per ipſos factis.

Primò quia licet de rigore ſollemnitates aliàs
15 requiſitę ſint neceſſariæ in alienationibus † rerum Eccleſię, tamen de conſuetudine non ſeruantur, ita Specul. in rub. de locato, §. nunc ali-
16 quã verſ. 6. vbi ſubdit, quod eſt † vtile Eccleſiæ minorem ſollemnitatẽ ſeruare, vt facilius con-
17 trahere poſſit, & quod † talem conſuetudinem Eccleſia Romana patitur, & diſſimulat, arg. l. ſancimus, & l. penult. C. de dona. l. quanquam, & l. milites, C. de teſtamen. milit. l. filius, C. de don. l. qui pariti, ff. mand. l. Barbarius, ff. de off. pręt. cap. infamis, §. verum tamen 3. quęſt. 7.

Et hæc cõſuetudo probatur ſpecialiter vigere in Ciuitate Syracuſarũ per plures teſtes maximè per Antoninum Platamone, clericũ Petrum Lauretta, & Franciſcum Roxas deponentes eſſe conſuetudinem in d. Ciuitate alienationes rerum Eccleſiæ mendicantium fieri tãtum cum conſenſu capituli, & Prouintialis, ſeu miniſtri authoritate, & confirmatione, abſq; alijs ſollemnitatibus, & ita fuiſſe obſeruatũ in multis venditionibus, & ſic deponunt de pluribus
18 actibus, quia dictio † multis verificatur ſaltim in duobus, vel vltra ſecundũ gloſſ. in ver. multa, l. 1. §. hoc reſcriptum, vbi etiam Bart. ff. ad Sillia. add. ad Bart. in d. §. hoc reſcriptum, vbi adducit concordantes, conſuetudo vero legiti-
19 mè † probatur per duos teſtes tãtum deponentes de duobus ſaltim actibus, cum curſu longi temporis, Maſcar vol. 1. de probat. concl. 424. num. 4. 13. 14. & 24. vbi teſtatur comm. opin. Franc. Viuius in ſuis com. opin. in ver. conſuetudo rationabilis, Lauren. Circou. in ſuis com. opin. concl. 55. Iaſ. in l. de quibus, ff de legib. Aldobr. in §. ex nõ ſcripto inſtit. de iure natur. gent. & ciuil. vbi etiam Chriſt. Port. nu. 4.
20 Nec requiritur quod ſit † obtenta in contradictorio iuditio cum ſimus in actibus extraiuditialibus, Viu. in tract. com. opini. in verſ. conſuetudo debet eſſe obtenta in fine, quem ſequitur Ioſeph. Maſcar. vol. 1. de probat. concl. 427. nu.
21 4. Et quod † valeat cõſuetudo diminutiua ſollemnitatum requiſitarum in alienationibus rerum Eccleſiæ, eſt gloſſ. fin. in fin. auth. hoc ius porrectum, C. de ſacr. ſanct. Eccl.

Secundò quia probatum extitit in proceſſu per quàm plures teſtes præcipuè per Petrum Mont'alto, & Antoninum Guzò, quod apotecę cum horreo per Conuentũ S. Franciſci venditę erant viliſſimæ, & modici valoris, & dicto conuentui inutiles, & onerosę tempore venditionis factę anno 1564. die 8. Maij 7. Ind. condam Ioanni Antonio de Alagona, Vnde ſequi-
22 tur, vt in alienationibus † talium rerum nõ requirantur ſollemnitates aliàs neceſſarię, Guid. Pap. deciſ. 156. num. 1. & 2. Inno. Hoſt. Henr. boich. & Card. Flore. in cap. null. extra de reb. eccl. non alien. cap. terrulas 12. quęſt. 2. gloſſ. in ſum 12. quęſt. 2. in verſ. & ſi res ſit modica, Rodoan. in tract. de reb. eccleſ. non alien. rub. 12. nu. 5. 10. & 11. vbi loquitur in alienatione terrulę valoris ſolidorum quinquè anno quolibet quam habere expediebat emptori propter vicinitatẽ poſt Feder. de ſen. Fab. de Mont. & Bertacch. in locis per eum allegatis, Idẽ Redoan. in d. tract. rub. 33. nu. 6. & caſu 8. nu. 1. & 2.

Quæ autem dicatur res modici valoris (vt
23 verum fatear) arbitrio iudicantis † remictitur, Redoan. in tract. de reb. eccl. non alien. rub. 9. qui, & quomod. dicatur modicum, nu. 18. Corſett. in tract. de minimis par. 1. ſub nu. 1. arg. l. 1. ff. de iure delib. Tanto magis quia tempore venditionis fuit probata per plures teſtes maximè per Franciſcum lo Cusbano, & Antonium Platamone ſuper 5. cap. exceptionum, magna
24 neceſſitas cõuentus pręd icti, quam † etiam videtur exigere Rodoan. vbi ſup. nu. 7. & 11. in fin. & nu. 15. & rub. 18. nu. 3. & ſeq.

Vltrà quod cuſtos conuentus pręd icti confitetur in pede contractus venditionis pretium ſeruiſſe pro cõſtruendo tectum d. Eccleſię cui
25 creditur dicta † cõiectura neceſſitatis tũc temporis

poris concurrente, Menocch. in tract. præſum. par. 1. lib. 3. præſum. 29. ſub nu. 38. Tiraqu. in l. ſi vnquam in ver. donatione largitus ſub num. 102. C. de reuoc. don. Maſcar. vol. 2. de probat. concl. 728. nu. 10.

Quibus ſuffragatur ingens vtilitas, quæ obuenit Eccleſiæ ob alienationem dictarum apotecarum, quæ (vt deponunt plures teſtes ſuper 4. cap.) minabantur ruinas, & multę ipſarũ parietes corruerant, in tantum quod nunquã po-
26 tuerunt locari, ob † quam vtilitatem promiſſa dicitur rei eccleſiaſticę alienatio ſecundũ gloſ. in ſumma 12. quęſt. 2. cap. tua extra de iis quæ fiunt a Præla. quod refert Redoan. vbi ſupra rub. 18. nu. 3. Menocch. conſ. 287. nu. 39. vol. 3.
27 vbi dicit non eſſe † quęrendum vtrum ſollemnitates ſeruatæ fuerint quando euidens Eccleſię vtilitas appareret, poſt Felin. conſ. 42. nu. 2. Redoan. in d. tract. rub. 21. nu. 4.

Ex quo etiam ſatisfit opinioni tenentium di-
28 ſpoſitionẽ d. † cap. terrulas, ita demum procedere ſi tria coppulatiuè concurrerent ſcilicet quod res ſit exigua, quod nõ ſit vtilis Eccleſię, & quod alienatio fiat ex cauſa neceſſitatis, quos refert Redoan. in d. tract. rub. 12. nu. 19.

29 Tertiò dicitur iniuſta quia cum † alienatio fuiſſet facta vltra annos 30. præſumuntur longiſſimo tempore omnes ſollemnitates neceſſarias, puta decretũ, tractatus, & huiuſmodi tempore venditionis interueniſſe etiam in inſtrumento nõ enunciatas, Corn. conſ. 284. ſub nu. 3. vol. 4 quem refert Menoch. in tract. præſum. lib. 3. par. 1. prẹſum. 132. num. 55. & 57. Burſat. conſ. 160. ſub nu. 51. vol. 2. vbi teſtatur comm. opin. & conſ. 424. nu. 8. 9. & 10. vol. 4. vbi etiã fatetur com. opin. Rimin. Iun. conſ. 31. nu. 61. Ioan. Vinc. Honded. conſ. 4. nu. 93. vbi teſtatur comm. opin. Menocch. conſ. 287. nu. 37. vol. 3. Viuius deciſ. 289. nu. 39. vbi etiam dicit quod
30 † iuramentum interpoſitum in contractu venditionis facit præſumere interuiniſſe omnes ſollemnitates, & fatetur com. opin. Surd. conſ. 249. num. 25. vol. 2.

Quartò dicitur iniuſta, quia nõ fuit condemnatus d. Conuentus S. Franciſci ad reſtitutionẽ
31 pretij iſtis de Mandriens bonefidei † emptoribus prout condemnari debebat, Bart. in auth. qui res, nu. 2. C. de ſacro ſanct. eccl. Bal. in cap. 1. §. notandum, nu. 1. de his qui feud. dar. poſſu. Quia dato quod primus emptor Io. Antonius de Alagona fuiſſet malefidei quod expreſſe negatur uno ex præmiſſis oſtenditur legitimam fuiſſe emptionẽ, tamen Thomaſia Mandriens vxor Notarij Antonini hęres dicti de Alagona cũ benifitio inuentarij, vt per cedulam aditionis die 27. Iunij 13. Indict. 1585. apparet, vendidit d. Ioſeph V. I. D. dictas apotecas inſimul cum alio tenimento domorum in actis Notarij Vincentij de Leone die 3. Ianuarij 13. indict. 1585. & dictum Ioſeph fecit donationẽ dictarum apotecarum, & omnium aliorum rerum Lutię eius vxoris in actis Antonini Modica die 23. Decembris 1. Ind. 1587. Et ſic licet poſſet
32 dici † malam fidem primi emptoris non fuiſſe in hæredem vniuerſalem Thomaſiam, vt dixi
33 in meo 1. conſil. lib. 1. tamen mala fides † hæredis (dato quod in mala fide fuiſſet) non tranſit in ſingularem ſucceſſorem Ioſephum V. I. D. & multo minus in Lutiam eius donatariam, vt in dict. meo conſil. 1.

Quò ad ſecundum dico appellationem non fuiſſe legitimè interiectam, primo quia fuit appellatum à ſententia Vicarij Principis ad ordinarium Ciuitatis Syracuſarum ibiquè introdu-
34 cto proceſſu cum † debebat appellari ad ipſum Principem delegantem, licet fuiſſet idem audi torum Philip. Franc. in cap. dilecti el 2. quæſt. 7. nu. 38. extra de appell. quẽ refert, & ſequitur Mara. in pratt. par. 6. actu fin. nu. 372. fol. 318.

Secundò quia appellatio non fuit preſentata Iudici à quo, vel eius Notario, ſed ordinario Ci-
35 uitatis, abſquè † proteſtatione facta coram Notario, & teſtibus quod non potuerit appellarę coram Iudice à quo propter metum, abſentiã, expiratam iuriditionem vel huiuſmodi cauſas, Mara. vbi ſup. nu. 121. & 122. fol. 287. Specul. rub. de appell. §. ante omnia, nu. 14.

36 Licet (ſecundum aliquos) iſto reſpectu † appellatio nõ poſſet dici nulla, vt actus magis valeat quàm pereat, Franc. in cap. ſi iuſtus metus ſub nu. 20. extra de appell. arg. l. quotiens, ff. de reb. dub. cap. Abbate extra de verb. ſign.

Quò ad tertium reſpondeo cõcluſiuè interloquutoriam M. C. qua fuit declaratum appel-
37 lationem deſertã, eſſe † nullam defectu citationis per Cap. Regis Ferdin. 44. Vant. de null. deſe. citat. num. 10. fol. 272. vbi dicit eſſe adeo ſubſtantialem citationem, vt ſententia abſquè
38 ea etiã in fauorem † abſentis ſit ipſo iure nulla, per Bart. in extrauag ad reprimendum verſ. figura in fin. & communiter Doctores.

Quapropter decidit M. C. in omnibus prædicti de Mandriens procedere petitionem.

ARGVMENTVM.

Quandò renuntiatio facta cum iuramẽto ante ingreſſum religionis valeat?

SVMMARIVM.

Renuntiatio facta per puberes cum iuramento, & Iudicis authoritate valet, nu. 1. & per Monaſterium quod renuntians fuerit ingreſſum prætextu cuiuſquunquè læſionis reſcindi non poſſet, nu. 2.

Ingreſſæ Monaſterium renuntiantes non poſſent dici enormiter læſæ cum paupertatem profiteantur, nu. 3. ampliatur, nu. 4

Cautela

Cautela vt Monaſterium ingreſſa renuntians nõ poteſt tractari de læſione, nu. 5.
Abbatiſſa in acquirendis poteſt Monaſterio præiudicare, nu. 6.
Sollemnitates extrauag. ambitioſæ, non requiruntur in remiſſione iuris querendi, nu. 7.
Monaſterium ingreſſuræ habent facultatem diſponendi de rebus proprijs, nu. 8.
Filia patre viuente nõ habent aduerſus eum actionem pro legitima, vel dote ſecundum paragium, nu. 9.
Supplementũ legitimæ inducitur à lege ipſo iure, etiã quod non petatur, nu. 10.
Filia pro legitima non habet bona patris hypotecata, nu. 11. declara, nu. 12.
Ingreſſæ bona tranſeunt in Monaſterium bonorum capacem in comuni, nu. 13.
Abbatiſſa non poteſt in quæſitis tranſigendo præiudicare Monaſterio, nu. 14.
Sollemnitas que requiritur in alienatione eſt neceſſaria in tranſactione, nu. 15.
Decretum Iudicis, & authoritas tutoris eſt neceſſaria in alienatione alicuius iuris pupillo quæſiti, nu. 16.
Legitima eſt quota bonorum, nu. 17.
Legitima debetur ſuper ſingulis rebus hæreditarijs, num. 18.
Sollemnitates requiſitæ in alienatione rerum eccleſiæ, num. 19. & 20.
Alienatio rei eccleſiaſticæ ſine ſollemnitatibus requiſitis eſt nulla, nu. 21.
Sententia poteſt pro parte aprobari, & pro parte improbari, nu. 22.
Eccleſia reſtituitur in integrum aduerſus ſententiam, num. 23. etiam contra aliam Eccleſiam, vel minorem, num. 24.
Ablatiuus abſolutus reſoluitur in vim conditionis, num. 25.
Sententia ſub conditione extrinſeca de futuro eſt ipſo iure nulla, nu. 26.
Tranſactio poteſt reſcindi beneſitio l. 2. C. de reſc. vendit. nu. 27.
Dolus ex propoſito, & re ipſa æquiperantur, nu. 28.
Abſolutio à iuramento non eſt neceſſaria data enormiſſima læſione, nu. 29.
Legitima extimatur inſpecto patrimonio tẽpore mortis teſtatoris, nu 30.
Legitima eſt tertia, vel legitima bonorum, nu. 31.
Filia renuntiantes nõ minuunt ſemiſſem legitimæ, ſed earum portiones capacibus ſecreſcunt, nu. 32.
Ingreſſus religionem incapacium nõ minuit ſemiſſem legitimæ, num. 33.
Filia dotata non minuit ſemiſſem legitimæ, nu. 34.
Dos debet computari in legitimamam, nu. 35.
Iudicis arbitrium quale debeat eſſe in aſſignando legitimam filijs quibus fuiſſet relictum legatum in pecunia, nu. 36. 37. 38. & 39.
Vrſill. ad Affl. deciſ. 348. in prin. reiectus, nu. 40.
Pater poteſt relinquere centum filiæ ſi intrauerit religionem, & mille ſi nupſerit, nu. 41. contra, nu. 45.
Legatum eſt donatio, nu. 46.
Legitima eſt æs alienum, nu. 47.
Doctori nihil alleganti non eſt deferendum, nu. 48.
Renuntiatio filiæ ingreſſæ Monaſterium facta patri an valeat in præiuditium ipſius Monaſterij, nu. 49.
Statutum vt ingrediens Monaſterium non poſſit ſuccedere non valet, nu. 50.
Argumentum de pacto ad ſtatutum valet, nu. 51.

DECISIO. XXXXV.

CIrca duo dubitari contingit in pręſenti cauſa, primum vtrũ valeant renuntiationes factę per Margaritam, & Mariam Caputo condam Salui Caputo eorũ patri de toto eo quod ipſius competere poterit, & competebat ex cauſa legitimæ, vel eius ſupplemẽti ſucceſſionis paternæ, maternæ, & dotium de paragio de pręterito pręſenti, & futuro propter futurũ ingreſſum Monaſterij Sanctæ Mariæ Succurſus Ciuitatis Agrigenti in quo religioſè viuere intendebant prout ingreſſæ illud fuerunt, & ibidem profeſſionem fecerunt de quibus in actis Notarij Nicolai Belloita, die 17. Iunij 2. Indict. 1574. intantum vt Monaſterium prędictũ vulgo nominatum la Batiola, nõ poſſit aliquod ius prętendere ſuper bonis d. condam Salui, & Ioannæ Caputo iugalium.

Secundum vtrum tranſactio inter Monaſterium prędictũ ingrediens locum Angilæ alterius filiæ dictorũ iugalium de Caputo profeſſæ eiuſdem Monaſterij nulla pręmiſſa renũtiatione ex vna parte, & Fratrem Bartolomeum Caputo Militem Hieroſolimitanũ proprio, & tutorio nomine filij condam V. I. D. Ioſephi Caputo eius fratris hęredum vniuerſalium dictorum cõdam Salui, & Ioannæ iugalium in actis Notarij prędicti die 5. Iulij 3. Indict. 1590. qua fuerunt remiſſa omnia iura dicto Monaſterio competentia ſuper bonis prędictis ſit adeo legitima, vt non poſſit annullari, vel reſcindi.

1 Quò ad primũ dico † renuntiationes factas per Margaritam, & Mariam Caputo eſſe legitimas quia per puberes cũ iuramento, & Iudicis ordinarij authoritate interueniente iuxta Regni cap. Regis Carol. 78. rub. de contract. non celebr. Quinimò cap. quamuis de pact. lib. 6. habet locum in pubere iurante quę propter iuramentũ ſe repreſentat maiorem, Couar. tomo 2. par. 3. relect. cap. quamuis de pact. lib. 6. §. 1. num. 3. fol. 283. vbi teſtatur comm. opin. Pariſ. conſil. 26. nu. 13. lib. 3.

2 Et quod † renuntiatio facta cum iuramento ante ingreſſum religionis cauſa eam ingrediendi valeat, abſq. eo quod poſſet reſcindi per Monaſterium prętextu cuiuſcunq; grauiſſimæ læſionis, tenuit Couarr. vbi ſupra §. 2. nu. 3. verſ. cõtrariam ſentẽtiam fol. 284. vbi teſtatur hanc eſſe magis comm. opin. Dec. conſ. 31. circa fin.

3 vbi dicit quod ingreſſæ † nõ poſſent dici enor-
mitèr læſæ cum profiteantur paupertatem, &
nihil ſint habituræ, nec Monaſteriũ poteſt ali-
quam lęſionem pretendere quia non debet ſpe
lucri aliquem ad religionem deducere, & quia
ſuccedet ex ratione, cauſa, & perſona monialiũ
quæ ſi renuntiatione excluderentur pariter, &
4 Monaſterium, Et quod non † receperit de bo-
nis patris tantum pro dote quantum ex eius pa-
trimonio percipere iure potuiſſet, modo con-
gruam dotem ad ingreſſum religionis habuerit
Couar. in d. §. 1. ſub nu. 3. At dictæ ſorores ha-
buerũt vntias 50. pro qualibet quæ ſumma eſt
ſufficientiſſima pro dote illius Monaſterij, vt
probatur per teſtes ſufficientes.
5 Licet ad † euitandas opiniones detur caute-
la quod renũntiatio prędicta fiat cum conſenſu
Monaſterij, ſeu eius Abatiſſæ quæ maximè in
6 † acquirendis poteſt Monaſterio præiuditium
inferre Couarr. vbi ſupra Cagnol. in l. fin. nu.
208. C. de pact. & nu. 209. In qua iuris quęren-
7 di remiſſione non † requiritur ſollemnitas ex-
trauag. ambitioſæ, Burſa. conſil. 50. nu. 33. vol.
1. Bened. de Caſtro in dict. extrauag. in princ.
6. fall. fol. 49.
8 Et quia iſtæ † ſorores erant Monaſteriũ in-
greſſuræ tanto magis de bonis ſuis diſponendi
poteſtatem habebant, Dec. conſ. 31. ſub nu. 3.
vol. 1. per §. illud auth. de monacis.
Et fortius quia in patrem diſpoſuerunt ſim-
pliciter nulla alterius habita cõtẽplatione quo
9 † viuente; neq; pro legitima, neq; pro dote de
paragio aliquod ius habebant, Petr. de Grego.
in tract. dot. de parag. quęſt. 25. col. 2. verſ. in 2.
vero mẽbro, Menocch. conſ. 250. nu. 83. vol. 3.
Quò ad ſecundum dico tranſactionem eſſe
nullam, & per conſequens tutores conuentos
filiorum, & hęredum condam Fratris Barthò-
lomei, & Ioſephi vniuerſalium hęredum Salui
& Ioannæ debere condemnari ad ſupplemen-
tum legitimę competenti d. Angelæ Monaſte-
rium prędictum profeſſæ, & vocatæ Innocen-
10 tiæ, Quia † ſupplementũ legitimè inducitur à
lege ipſo iure etiã quod filia non petat, Craſſus
in §. legitima quęſt. 37. in fin. vbi poſt Xuare. &
Vaſq. teſtatur mag. com. opin. Bal. in l. ſcimus
ſub nu. 1. C. de inoff. teſtam.
11 Et quamuis † pro legitima, filia non habeat
bona patris hypotecata ſecundũ veriorem ſen-
tentiã, quam teſtatur Craſſ. in §. legitima quęſt.
14. vbi teſtatur hanc eſſe magis com. opin. poſt
Salic. in l. omnimodo ĩ prin. C. de inoff. teſtam.
12 Tamen relicto † legato filiæ loco legitimæ
habebit filiam hypotecã, & pro legato, & pro
ſupplemento illus vſquè ad integram legitimã
ex tacita voluntate teſtatoris quæ præſumitur
regulari ſecũdum l. omnimodo, & l. ſancimus,
C. de inoff. teſtam. ita conſuluit Fulgoſ. conſil.
84. col. 2. verſ. illud poſtremo cum ſaluus lega-
uerit vntias ducentas d. Monaſterio pro legiti-
ma Innocentiæ eius filiæ, & omni iure ſibi cõ-
petente, vt in eius teſtamẽto legitur aperto die
13. Aprilis 15. Ind. 1587.
Et hæc omnia vita functis Saluo, & Ioanna
13 tranſierũt † in Monaſterium bona capacem in
communi ex perſona ingreſſæ, & profeſſæ die
20. Settembris 8. Ind. 1579. quia non ſolũ bo-
na eius pręſentia tranſeunt verum etiam futu-
ra in Monaſterium, Iaſ. in auth. ingreſſi ſub nu.
42. C. de ſacr. ſanct. eccl. per cap. cum ad Mona
ſterium extra de ſtatu monacor.
Et ſic cum fuerint iura prędicta Monaſteriò
ante tranſactionem queſita, non potuit Mona-
14 ſterium in † queſitis ſibi tranſigendo præiudi-
care, Bal. in l. ſi qua mulier, nu. 41. C. de ſacro
ſanct. eccl. quem ſequitur Redoan. in tract. de
reb. eccl. non alienand. cap. 12. ſub nu. 9.
15 Imò eadem † ſollemnitas quę neceſſaria erat
in alienatione requirebatur in dicta tranſactio-
ne, & renuntiatione, ſeu remiſſione, Redoan.
vbi ſupra num. 10. in fin. extrauag. ambitioſæ
rub. de reb. eccl. non alien. in tex. ibi omneque
factũ, Marc. Ant. Peregr. in tract. de fideicom.
art. 40. ſub nu. 123. fol. 376. Facit doctrina Bar.
in l. tutor ſub nu. 1. verſ. qui dicemus, ff. de bon.
16 poſſ. vbi docet ꝙ in † alienatione alicuius iuris
quęſiti pupillo reſpectu rei immobilis requiri-
tur decretũ Iudicis, & authoritas tutoris ſicut
in alienatione rerum immobilium.
17 Et † legitima eſt quota bonorum, Bal. in l.
quotiens ſub num. 5. C. de hęred. inſtit. Burſa.
18 conſ. 427. nu. 18. vol. 4. Et debetur † ſuper ſin-
gulis rebus hæreditarijs Iudicis arbitrio, Me-
nocch. de arb. caſu 163. nu. 15. per l. omnimo-
do, C. de inoff. teſtam.
19 Sollemnitas eſt quod fiat alienatio pro † ne-
ceſſitate, vel vtilitate, vel incõmoditate Eccle-
ſiæ, vel pietate, gloſſ. in ſum. 12. quęſt. 2.
20 Item requiritur † cauſe cognitio, tractatus,
conſenſus capituli, Epiſcopi, & decretum ſu-
perioris, Redoan. in d. tract. rub. 22. & 23. &
21 ſeq. Aliàs erit † alienatio nulla, & res alienatæ
reuertuntur ad Monaſteriũ ad quod ante alie-
nationem pertinebãt dicta extrauag. ambitioſe
circa fin. verſ. nihilominus alienatę res, & circa
med. verſ. nullius omnino ſint roboris.
Non obſtat ſentẽtia lata die immediata ante
factam tranſactionem in fauorem Monaſterij,
quia cum ſe direxiſſet contra Fratrem Bartho-
lomeum Caputo tutorem filij condam Ioſeph
eius fratris qui promiſerat dict. Monaſterio vn-
tias ducentas ſi remiſiſſet omnia iura cõpeten-
tia dicto Monaſterio nomine ſororis Innocen-
tiæ, fuit condemnatus nomine prędicto ad ſol-
uendum dicto Monaſteriò dictam ſummam fa-
cta prius per eundem ceſſione renũtiatione, &
quictantia omnium iurium actionũ, & prędten-
tionum prout die ſequenti facta fuit tranſactio,
& ceſſio

& ceſſio quaſi tranſactam in rem iudicatã dict.
ſententia habeat Monaſterio pręiudicare.

Quia reſp. quod nõ fuit notificata dicto Mo-
naſterio quia poterat aduerſus caudam ſenten-
22 tiæ cogentem illud ad † faciendam ceſſionem
appellare, & approbare eam quo ad ſolutionẽ
ſummæ in qua fuerat facta condemnatio, l. etiã
§. 1. ff. de minor. Bart. in l. 1. col. 1. C. ſi aduer.
rem iud. Abb. in cap. cum inter extra de re iud.

Secundò quia ad appellandum habebat de-
cendiũ, & nihilominus ſequuta fuit tranſactio
quam dicimus nullam ſequẽti die latæ ſenten-
tię, qua itaq; facilitate iura Monaſterium remi-
ſit, eadem, ſententiam approbauit.

23 Tertiò quia Eccleſia † reſtituitur in integrũ
aduerſus ſententiam, Abb. in cap. inter Mona-
24 ſterium extra de re iud. Etiam † contra aliam
Eccleſiam, vel minorem, Sforza Oddo de reſt.
in integr. quęſt. 18. art 9. nu. 57. & 60.

Quartò quia ſententia illa fuit lata ſub con-
ditione de futuro nam cõdemnatus frater Bar-
tholomeus ad vntias ducentas, facta in renun-
tiatione iuris, & legitimæ per ſororẽ Innocen-
tiam Caputo, & Reuerendã Abatiſſam, & Mo-
nialem dicti Monaſterij eis competentis ſuper
bonis dicti condam Salui Caputo cum inter-
uentu Prælati, & ille ablatiuus abſolutus facta
25 tamen, &c. reſoluitur in † vim conditionis,
Socc. Iun. in rub. ff. ſol. matr. doctiſſ. Aponte
26 conſ. 3. nu 80. At ſententia lata ſub † conditio-
ne extrinſeca de futuro eſt ipſo iure nulla, Bal.
in l. cum Iudex, nu. 3. C. de ſenten. Francus in
cap. præterea el 2. nu. 1. extra de appell.

27 Vel ſaltum poſſet dicta † tranſactio reſcindi
propter enormiſſimam læſionem beneficio l. 2.
C. de tranſact. quod habet locum etiam in tran
ſactione, vt per Cagn. ibi, num 80 vbi ait hanc
eſſe magis comm. opin. à qua in iudicando non
putat recedendum, Dec. conſ. 68. ſub nu. 4. vbi
etiam fatetur hanc eſſe magis com. opin. in qua
nõ deberent Iudices recedere, Corn. conſ. 166.
28 nu. 7. verſ. & in ſuper vol. 1. vbi ſubdit quod †
dolus ex propoſito, & re ipſa equiperantur at
per dolum ex propoſito reſcinditur tranſactio
ergo paritèr vbi re ipſa, & ſic ex enormiſſima
læſione contingeret.

29 Et data † enormiſſima læſione non eſſet ne-
ceſſaria abſolutio à iuramento, Cago. in d. l. 2.
nu 80. in fin. & nu. 98. Licet in noſtro themate
fuerit ad cautelam obtenta.

30 Læſio autem enormiſſima deducitur quia †
tempore mortis Salui cuius tempus inſpicitur
circa eſtimationem bonorũ in legitimæ dedu-
ctione, Craſſ. in §. legitima, quęſt. 11. vbi teſta-
tur com. opin. Remanſa fuerint in hæreditate
quatuor grani ſuper onoratorijs Regni vntiæ
quingentæ redditus ſuper Vrbe Panormi, &
alię vntię trecẽte redditus ſuper Ciuitate Agri-
genti ad rationem vntiarũ ſex cũ dimidio pro
quolibet centenario, & alij redditus, nomina
debitorum, & bona mobilia, & ſe ſe mouentia,
vt apparet in inuentario facto per petronillam
tutricem Franciſci filij Ioſephi hęredis vniuer-
ſalis condam Salui die 29. Auguſti 4. Ind. 1591.

Et dicta Innocentia pro omni, & quocunq;
iure in dict. tranſactione non habuit niſi vntias
quingentas, videlicet vntias 5. redditus quæ
erant reſeruatę pro monacatu alicuius conſan-
guineæ vntias 4. redditus, vntias 200. relictas
a condam Saluo, & alias vntias 200. ad quas
fuit condemnatus filius Ioſephi, ſeu eius tutor
Frater Bartholomeus.

31 Nam quãdo filij ſunt quatuor debetur † ter-
tia pars bonorum ſi quinquè, vel vltra debetur
dimidia bonorum quę ab inteſtato habituri eſ-
ſent, Craſſ. in d. §. legitima, quęſt. 7. vbi teſtatur
com. opi. in auth. nouiſſima, C. de inoff. teſtam.

Condam Saluus reliquit ſeptem filios Mar-
garita, & Maria quæ renuntiarunt patri ſimpli
32 citer (de quibus in primo dubio) nõ † minuunt
ſemiſſem, ſed portiones eius capacibus accre-
33 ſcunt, Idem dico de portione † fratris Iacobi
alterius filij qui religionem Capuccinorũ pror-
ſus bonorum incapacem ingreſſus fuit, Craſſ.
in d. §. legitima, quęſt. 7. nu. 8. verſ. 37. caſus eſt
vbi teſtatur com. opin. Crot. in l. coniuncti, ſnu.
129. ff. de leg. 3. Cucch. in dict. auth. nouiſſima
rub. legitima quomodo fit quota eius, num. 15.
verſ. ſed quamuis, Franc. de Aret. vbi Iaſ. in l.
plene, §. ſi duobus, ff de leg. 1. Boer. deciſ. 104.
num. 7. Ant. Gabr. lib. 6. concl. rub. de legitima
concl. 2. nu. 1. vbi fatetur hanc eſſe magis com.
opin. Ioan. Franc. Aponte conſ. 68. nu. 13. Surd.
in tract. de alim. tit. 3. quęſt. 1. ſub nu. 44.

Alia filia Donna Caterina fuit bis dotata à
34 patre quæ etiam dotata cum alijs † cõcurreret
in legitima ſentit Gabr. in concl. 2. ſub num. 1.
ſentit Guid. Papa quæſt. 487. in princ. Verum
35 quod † dos quam habuit erit in legitimã com-
putanda, Craſſ. in §. legitima quęſt. 23. num. 1.
vbi teſtatur com. opin. l. quoniam nouella, C.
de inoff. teſtam. Picus poſt Bart. in l. in quartã,
ff. ad l. falcid. vbi etiam Bologn. nu. 300.

36 Et quia † pater dictę Innocentię, ſeu pro ea,
Monaſterio prędicto loco legitimæ aſſignaue-
rit vntias ducẽtas in pecunia arbitrum Magnæ
Curiæ erit nõ ſequi teſtatoris voluntatem, ſed
ei aſſignare legitimã in re aliqua hęreditaria cũ
legitima debeatur ſuper ſingulis rebus, Craſſ.
in §. legitima quęſt. 17. nu. 2. in fin. vbi teſtatur
comm. opin. Gabr. lib. 6. concl. rub. de legitima
concl. 3. nu. 2. vbi fatetur hanc eſſe com. opin.

37 Vel ſi † pecunia eſſet hæreditaria poſſet M.
C. arbitrari, vt in ea legitimã retineret, ſuplẽdo
in vna, vel duabus rebus hęreditarijs eius arbi-
trio, Ant. Gabr. vbi ſupra nu. 3. poſt Ripam in
l. in quartã, ff. ad l. falcid. quem refert Menoch.
de arbitr. caſ. 163. nu. 2. lib. 2. cent. 2.

38 Vel etiam poſſet † arbitrari in ſupplendo le-
gitimã in pecunia ſi partem legitimæ in pecu-
nia numerata acceptauerit Menoch.in d. caſu
163 nu.30. Rip.in d.l.in quartã,nu.123. Guid.
Pap.quęſt.487.verſ.poſſet,vbi docet quod ſup-
plementum eſt acceſſorium, & regulatur cum
legato legitimæ in pecunia relicto, Apetra de
fideicom.quæſt.15.nu.92.in fin.& 94.Cephal.
conſ.42.nu 6.& 8. Rimin. Iun.conſ.31.nu.16.
39 Quòd † procederet quãdo pecunia eſſet hære-
ditaria, Apetra d. quæſt.15.num.148.verſ.ſed
poſtea melius Bertazz. conſ.108.col.1.

Nobob. Vrſill.ad Afflict. deciſ.348.in prin.
vbi ait audiuiſſe deciſum contrarium poſt alle-
40 gatam deciſionem Afflict. vt Monaſteriũ ſit †
contentum dote cõſueta etiam minus legitima
per Bal.& Paul.de Caſtr.in auth.niſi rogati, C.
ad trebell. & in l.deo nobis, C.de epiſc. & cler.
Imol.in l.lucius la 2.ff.de hęred.inſtit. Fulgoſ.
conſ.53. Dec. in cap. in pręſentia col.29.extra
de prob.Cotta in memor.in ver.conditio, Me-
nocch.conſ.169.in fin.vol.2.Rimin.Iun.conſ.
59 bebat † neceſſe creditor prius agere reuocato-
ria cõtra tertium, & poſtea in eum exequi ſen-
tentia, Bart. in d. §. ſi ſuper rebus ſub nu. 7. verſ.
ego dico Anall. conſ. 5. nu. 9. vol. 2. vbi teſtatur
comm. opin. Bal. conſ. 149. verſ. incontrarium
videtur vol. 3. Anchar. conſil. 292. ſub num. 1.
Crauett. conſ. 235. ſub num. 2. vol. 2. Socc. Sen.
conſ. 13. nu. 1. vol. 4. Ruin. conſ. 87. nu. 1. vol 4,
vbi teſtatur com. opin.

Et tanto magis quãdo alienatio fuiſſet facta
in creditorem anteriorem prout eſt Don Hie-
ronimus quia ſubiugatio fuit facta pro dotibus
& carũ interuſurijs Donnæ Caterinæ eius ma-
tris apportatis cõdam Illuſtri Don Laurentio,
60 quia tunc † abſq; vlla fraude fieri potuit, Ioan.
Aloyſ. de Sept. quem refert, & ſequitur Cum.
in cap. ritus 90. nu. 37. circa med.

Et abſq; ſcrupulo quãdo fuiſſet neceſſaria, &
ex cauſa de prętterito (vt ĩ noſtro themate) quia
61 † non induceret vitiũ litigioſi, Rober. Lancell.
de attent. cap. 4. nu. 473. & 474. de attent. lite
penden. Ioan. Franc. Aponte conſ. 55. nu. 40.

Et doctrinę quæ incontrarium allegari poſ-
62 ſent, vt fieri poſſet exequutio † contra tertium
poſſidentem in fraudem exequutionis, vel lo-
63 quuntur † quoties per tertiũ fuerit poſſeſſa res
eadem quæ fuit per actorem petita, Quod non
eſt in caſu noſtro cum agatur actione perſonali
ad pecuniam, licet exequutio fiat in rebus, Vel
64 † loquuntur quando alienatio fuiſſet volunta-
ria, Quod non eſt in noſtro themate, quia fuit
neceſſaria, & ex cauſa de prętterito ante exequu-
65 tionem cauſatam, Vel † loquuntur quãdo fuit
facta exequutio contra tertiũ non contradicto-
rem, Quod nõ eſt in ſpecie facti iſthac quia cõ-
paruit ante exequutionẽ, & ſe oppoſuit, Alex.
in d. §. ſi ſuper rebus, nu 10. circa fin.

Quartò nõ obſtat quod ex ſecundo decreto
nõ transfertur dominium niſi fuerit capta poſ-
ſeſſio realis authoritate Curiæ. Bart. in l. ex hoc
iure, nu 6 ff. de iuſt. & iure, ſed Don Hieroni-
mus accepit illam à Notario abſquè brachio
Iudicis aſſociatorio.

Quia reſpõ. quod poſtquãm in ſecundo de-
creto eſt data poteſtas a Iudice intrandi poſſeſ-
66 ſionem, vt in fol. proceſſus 29. brachiu † aſſo-
ciatorium petitur ex vrbanitate, & conſilio nẽ
reſiſtentiam etiam ab aduerſario patiatur non
autem tenetur neceſſario officialium aſſiſtentia
ingredi, Bar. in l. creditores per illũ tex. nu. 3. &
4. vbi etiã gloſſ. 1. & in ver. debent, C. de pigni.
& hypote. Alex. in l. iuſtè poſſidet, nu. 28. ff. de
acqui. poſſ. per l. pignoris, C. de pign. actio.

Sed decißit M. C. adiudicationem eſſe vali-
dam defectu mandati in perſonam eius qui fuit
citatus ad pręſentationem oppoſitionũ, & ſup-
plicationum tertij.

ARGVMENTVM.

Tractantur aliquã capita grauaminis, &
recuſationis Iudicis.

SVMMARIVM.

Negatiua probatur per acta cauſæ, nu. 1.
Reſcripti forma non ſeruata quicquid actum fuerit eſt nullum, num. 2.
Citari debet quiſquè cuius principaliter intereſt, nu. 3.
Reſcriptum eſſet nullum de iure ciuili ſecus de iure canonico ſi non ad fuiſſet clauſula in eo citatis citandis, num. 4.
Nullitas defectu citationis debet cognoſci ſeorſum à meritis, num. 5.
Iniuſtitia, & grauamen nullum maius quam nullitas, num. 6.
Acta poſt inhibitionem dicuntur nulla, nu. 7.
Exequutio defectu iuriditionis dicitur nulla, nu. 8.
Reſcripta obreptitia, vel ſubreptitia dicuntur nulla, num. 9.
Actus humanos omnes fabricant poteſtas, & voluntas, num. 10.
Citatus in ſententia non debet citari in exequutione, num 11.
Citari non debet is, cui nullam cõpetere defenſionem, notoriè conſtat, nu. 12.
Inhibitoriales notoriè iniuſtæ non operantur geſtorum nullitatem, num. 13.
Inhibitio notificata parti tantum, & non Iudici non operatur actorum nullitatem, nu. 14.
Datæ tempus inſpicitur in reſcripto, nu. 15.
Reſcriptum quando dicatur perſonale, nu. 16.
Iudex integerrimus difficulter debet declarari ſuſpectus, nu. 17. & 27.
Iudex non poteſt recuſari poſt litem conteſtatam, nu. 18. declara; nu. 28. & 29.
Iudex decidens in ſimili cauſa debet declarari ſuſpectus, nu. 19.
Iudex habens conſimilem cauſam aduerſarij poteſt recuſari, nu 20. ratio, nu. 21.
Conſcientia Iudicis non debet eſſe diuiſa in eodem facto, num. 21.

Iudex poteſt artari iuramento ad probationem cauſæ, ſuſpitionis ſi non ſapiunt crimen, vel infamiam, num.22.

Iudex quibus verbis vtatur in ſententia grauaminis vel appellationis, nu.23.

Appellatis non cognoſcitur etiam per Papam ommiſſo medio parte opponente, nu.24.

Ius canonicum non ſeruatur in terris Imperij etiã inter clericos, nu 25.

Recuſari poteſt quelibet perſona poſſens ius dicere in inditio, nu.26.

Iudex poteſt recuſari ex cauſis maioribus, vel ſimilibus expreſſis in iure arbitrio ius dicentis, nu.27.

Ignorantia præſumitur, nu.29.

Præſumptio iuris dicitur liquidiſſima probatio, num. 30. & continetur in ſtatuti diſpoſitione continente veram probationem, nu.33.

Inducta ad augmentum nõ debent operari diminutionem, nu. 34.

Pragmatica de recuſat. iud. regulatur ſecundum ius commune, num. 35. & circa probationes illud non derogat, nu. 36.

Quod non mutatur, cur ſtare probibetur? nu.37.

Cauſæ ſimilitudo non requiritur omnimoda, vt Iudex recuſari valeat, nu.38.

Omne ſimile non eſt idem, nu.39.

Cauſa quæ dicatur conſimilis, ad effectũ recuſandi Iudicem, iudicis arbitrio remictitur, nu.40.

Sententia lata poſt allegatam Iudicis ſuſpitionem eſt nulla, num.41.

DECISIO. XXXXVII.

DVO contrauertuntur articuli, inter meos clientes de Saluatore, & Mandirens, & D. Petrũ Cauarra, & D. Petrum Caluo aduerſarios.

Primus ſi Renerendiſſ. Iudex Monarchiæ debet declarari ſuſpectus ad inſtantiam meorum clientum.

Secundus ſi prouiſiones factæ per Vicarium Ciuitatis Syracuſarum fuiſſent nullæ iniuſtæ, atq; ita contrarias partes grauaſſet.

Incipiam ab vltimo a cuius reſolutione, primi etiam articuli reſolutio dependet.

Et videtur primo introytu dicẽdum, dictas prouiſiones, vel eſſe nullas, vel iniuſtas.

Primò quia in reſcriptis Apoſtolicis datis Romæ apud Sanctum Marcum 5. Chalendas Augusti 1601. obtentis ad inſtantiam meorum clientum circa impetrationem canonicatuum vacantium, continetur, vt ante eorum exequutionem citentur, & vocentur aduerſarij, & alij qui fuerint vocandi.

Et in proceſſu, vel extra non legitur fuiſſe fa-
1 ctam dictam citationem, & † negatiua probatur per acta cauſæ, quoniam id quod ibi nõ apparet, dicitur non factũ, Vant. in tract. de null. tit. ex defe. citationis, nu.14. & 15. per l. fin. C. de reb. cred. Bart. in l. fin. C. de error. aduo. Bal. in l. abſentem circa princ. C. de accuſat. Ioan. Andr. ad ſpecul. tit. de ſent. §. vt autem col.8. verſ. citatũ, Felin. in cap. quoniã contra col.15. extra de probat. Dec conſ.583. ſub nu.6.

2 Quò fit vt † forma reſcripti nõ ſeruata, quicquid factũ fuerit valere, nõ debeat, meus Abb. in cap. cũ dilecta per illu tex. extra de reſcript. cap. cui de præb. lib.6. cap. piſanis extra de reſt. ſpol. l. diligenter in prin. ff. manda.

3 Tanto fortius quia de † iure cõmuni deberet quiſq; citari cuius principaliter intereſt, Tiraq. res inter alios acta col. 2. verſ. ſed hæc l. nam ita diuus, ff. de adopt. l. fin. C. ſi per vim, vel alio modo, cu alijs quæ adduxit meus Abb. in conſ.
4 68. col. vlt lib. 2. Et ideo ſi † non adfuiſſet clauſula in reſcripto citatis citadis eſſet nullum de iure ciuili ſecus de iure canonico propter tacitam ſubintelligentiam illius, Rebuff. in pratt. benefit. tit. differ. inter. reſcr. grat. & iuſt. nu.60. per cap 2. extra de reſcr.

5 Et talis † nullitas defectu citationis poſſet cognoſci ſeorſum a meritis ex Cap. Regni Regis Ferdin. 41 & 44.

6 Et nõ datur maior † iniuſtitia, & grauamen quam nullitas, Vant. in tract de null. tit. quis ſit null. nu.20. Innoc. in cap. dilecto extra de appell. Egid. conſ. 343.

Secundò quia ad inſtantiam contrariorum fuerunt emanatæ literæ citatoriales, & inhibitoriales datæ Romæ in edibus Magiſtri Hermanni Sacri Palatij auditoris, & Iudicis Commiſſarij, ſeu Delegati die 24 Octobris 14. Ind. 1601. notificatæ per D. Marium Caluo Canonicum, & delegatum, tam d. de Ribalio, quam meis clientibus 18. Maij 15 Ind. 1601.

Et nihilominus poſt dictas inhibitiones die ſequenti 19. Maij inuenitus tradita poſſeſſio meis clientibus prædictorum canonicatuũ per acta Notarij Mathei Burlò, Quò fit vt geſta
7 poſt † inhibitionem dicantur nulla, Lancell. de attent. cap.20. tit. de attent. poſt inhibit. in prin. nu.14. & ampl.10. nu.1. Egid. deciſ.623. cap. per tuas extra de ſent. excom. cap. licet eodem tit. lib.6. Paul. de Caſtr. conſ.225. circa fin. lib.1. Rot. deciſ.130. de appell. in nouis, Miſ. reper. in ver. appellatione interpoſita fol.8.

Tertio quia reſcripta impetrata ad inſtantiã meorum clientuum fuerint directa Illuſtriſs. Epiſcopo Syraguſano vel eius Vicario, & nihilominus exequuta per dictum de Ribalio Vica-
8 rium ſede vacante, Quò fit † vt defectu iuriditionis exequutio dicatur nulla cap. cum in iure extra de off. delegat. Archid. in cap. ſi quis Epiſcopus in quæſt.6. Bal. in l. ſi vt proponis la 1. C. quom. & quando iud. Vant. in tract. de null. tit. ex defe. iurid. deleg. ſub nu.1

Quartò quia reſcripta ſunt ſubreptitia, & obreptitia cum in eis fuerit facta mentio per

clientes

clientes quod canonicatus vacabant, & nihilominus tempore datæ eorū non vacabant, vnde
9 † nulla ſunt, Vant. de null. ex defectu iurid. deleg. nu. 57. & 58. Abb. in cap. ſi quando extra de reſcript. Bal. in l. fin. col. 5. C. ſentent. reſc. non poſſ. Alex. conſil. 23. col. fin. vol. 5. Dec. conſil. 544 col. 5.

Quibus nō obſtātibus re acriori iuditio perpenſa contrarium in noſtro themate receptius iudicauimus, vt in eo non dicatur interueniſſe aliqua nullitas, iniuſtitia, vel grauamen, atquè ita per Magnā Curiā corrigendam eſſe ſententiam Reuerendiſſimi Iudicis Monarchiæ, & Tribunalis Conſiſtorij S. R. C.

Quia in omnibus quæ egerit Reuerendus Fauſtus Rebalius interuenit poteſtas, & volun
10 tas, quæ † duo copppulatiue fabricant omnes actus humanos, aliàs volūtas ſine poteſtate eſſet inanis, ſicut èconuerſo poteſtas ſine voluntate, Vant. de null. tit. ex defe. iurid. deleg. nu. 84. circa med. Bal. in l. omne verbum, C. com. delegat. Alex. conſil. 123. in prin. vol. 4. Dec. conſil. 197. col. 2. Alex. in l. nolle adire, ff. de acquir. hęred. Felin. in cap. ſuper literis col. 5. extra de reſcr.

Poteſtas apparet ex literis Illuſtriſſimę Congregationis Cardinalium mandato Sanctiſſimi Pontificis datis Romæ 16. Iulij 1601. quibus tota poteſtas Eccleſię Syracuſanæ, & Ciuitatis tributa fuit prędicto Reuerendo de Rabalio.

Voluntas apparet ex edicto promulgato 8. Februarij 1601. vt quilibet Canonicus reſideat in ſuo Canonicatu, ſub pæna priuationis, & ex declaratione, ſeu notitia priuationis 18. Martij 1602. & ex reſcripti Apoſtolici dati apud Sanctum Marcum 5. chalendas Auguſti 1601. exequutione die 18. Martij 1602.

Non obſtant allegata in contrarium, & primo defectus citationis contra formam reſcriptorum, & iuris.

Quia rerpon. quod partes contrarię fuerunt priuatæ Canonicatu ob nō reſidentiam dictaq; declaratione priuationis eis notificata ante exequutionem reſcripti Apoſtolici, vltra quod ex inſtructionibus Collegij Cardinalium non requiritur monitio, ſed ſtatim atquę ſine diſpoſatione Summi Pontificis haberet Canonicus benefitium Parrochiale vacaret Canonicatus, Quò fit vt exinde exequuto reſcripto ad inſtantiam meorum clientum Apoſtolicam collationem cōtinente nō fuiſſet neceſſaria in eius exequutione citatio partis aduerſæ cui nullum ius ſeu intereſſe cōpetebat ob dictam priuationem
11 parte citata per edictum, & † cauſa cognita, Vant. de null. tit. quib. mod. ſent. nulla repar. poſſ. ſub nu. 107. Bal. in l. ſi accuſatoribus col. pen. C. de accuſ. ff. de adm. rer. ad Ciuit. pertin. Dec. conſ. 603. col. pen.

Et poſſent excipere mei clientes quo ad vos liberas ædes habeo, l. loci corpus, §. competit, ff. ſi ſerui. vindic.

Cum veſtrū nō interſit, nos habere Canonicatus, vel alios, vobis iam deſtitutis, & priuatis.

Et per conſequens non adeſt nullitas, neq; iniuſtitia, neq; grauamen.

Et licet reſcriptum mādaſſet citari aduerſarios, & alios citandos interpretatur ſi de iure debuiſſet citari, quia ſecundum ius commune regulatur, & proximè oſtendi non eſſe citandos, cum eorum non tangat intereſſe per Doctor. in l. de vnoquoquè, ff. de re iud. nec eſt
12 nouum, vbi aliàs requiritur citatio nō eſſe † citandos quādo conſtat notoriè nullam eis competere defenſionem (vt in noſtro themate per deſtitutionem, & priuationem poſſeſſionis, & ſic ex ſcripturis publicis) Vant. de null. ex defectu citat. nu. 20. Tob. Non. conſil. 77. num. 1. Burſa. conſ. 269. nu. 18. vol. 3. Bellon. conſ. 70. num. 15. Duen. reg. 94. limit. 10. Menocch. de arbitr. iud. lib. 1. quæſt. 17. num. 15. & in tract. de recuper. poſſ. remed. 15. nu. 159. Peregrin. conſil. 26. nu. 20.

Secundo non obſtat quod nullitas, & grauamen adducebatur ex eo qꝑ data fuerit poſſeſſio Canonicatuum poſt inhibitorias.

Quià reſpon. primo quod literę inhibitoriales, & citatoriales fuerunt emanatę contra prę iuditium exequutionū literarum Apoſtolicarū impetratarum ad inſtātiam meorum clientuū, & nihilominus fuerunt factæ per Delegatum Apoſtolicum Magiſtrum Hermannum, & exequutæ per D. Marium Caluum, Vt exacti ap
13 pareant † notoriè iniuſtę, atq; ita inducere minime habeant nullitatem eius quod poſt eas geſtum fuerit, Lancell. in tract. de attent. cap. 20. amplia. 11. nu. 25.

Secundò reſp. quod poſt inhibitionem non fuit traddita poſſeſſio meis clientibus per Vicarium inhibitum, ſed per Decanum, & capitulū non inhibitum, vnde inhibitio vnius nō debet extendi ad alium arg. l. cum prętor, ff. de iudit.

Et ſi replicatur quod fuit inhibitio notificata clientibus meis, dupplicatur reſponſio quod
14 non inducit nullitatem actorum, nōtificata † tantum parti, & non Iudici, Itaquod Iudex potuiſſet rectè procedere, Franc. in cap. ſi iuſtus metus, num. 50. extra de appell. Dec. conſil. 295. num. 8.

Tertiò reſp. quod poſſeſſio fuiſſet iniuſtè, & nulliter datà meis clentibus quid ad partes cōtrarias, quę iam fuerint priuati omni iure canonicatus ex declaratione Romanæ ſedis eiuſquè Cardinalium Collegij, & ex ſentētia Reuerendi de Rebalio de quibus ſupra.

Tertiò nō obſtat quod reſcriptorum tempo
15 re † datæ quæ inſpicitur Felin. in cap. eam te col. penult. extra de reſcr. Bellamer. deciſ. 571. vbi add. nō erat Vicarius Epiſcopi Syraccſani cui,

cui, & Epiſcopo reſcriptum directum fuerit,
ſed ſede vacante.

Quia reſpo. quod erat Vicarius Apoſtolicus
loco Epiſcopi ad omnem adminiſtrationem &
non erat expreſſium proprium nomen Vicarij,
16 vel Epiſcopi, ſed dignitas in reſcriptis, vt † nõ
videantur perſonalia, ſeu electa induſtria per-
ſonę, gloſſ. & Abb. in cap. fin. extra de off. dele-
ga. l. 1. § ſin vero talis, C. de caduc. tolle.

Non obſtat quartum quia vacabant Canoni-
catus ſaltim per declaratoriã Cardinaliũ man-
dantium ipſo iure ſine aliqua monitione per aſ-
ſumptionẽ benefitij, abſq; diſpenſatione Apo-
ſtolica, vacare, & canonicatus, & benefitiũ, vn-
de contrarij nullum ius habent conquerendi.

Quò ad primum articulum circa ſuſpectio-
nem Reuerendiſs. Iudicis Monarchiæ videtur
primo introitu dicendum nõ eſſe in ſuſpectum
declarandum.

17 Primo quia grauiſſimus † integerrimus, &
digniſſimus Menocch. lib. 2. de arbitr. iud. caſ.
152. num. 7. meus Abb. in cap. poſtremo circa
fin. extra de appell. Alex. & Iaſ. in l. qui iuridi-
tioni, ff. de iurid. omn. iud. ille nu. 6. iſte nu. 6.
Pari. conſ. 31. nu. 68. vol. 1. Tiraquell. de pen:
cauſa 51. nu. 60. & 61.

Secundò quia mei clientes conſenſerunt in
Iudicem quò fit vt poſt litem conteſtatã, & cõ-
18 gnitionem cauſæ † non poſſet vti ſuſpectus re-
cuſari, Lanſranc. in tract. de recuſat. in prin. Iaſ.
in l. apertiſſimi, num. 11. C. de iudit. Innoc. in
cap. inter Monaſterium extra de re iud. Bart. in
l. quidam conſulebat, ff. de re iud. Bal. in l. fin.
C. de iudit. Mara. in ſpecu. par. 6. §. appellatio,
num. 15. Craſ. lib. 2. com. cap. 8. quæſt. 14. Mi-
ſinger. obſeru. 59 cent. 4. Pratt. Papienſ. in for-
ma libelli in act. reali in gloſſ. in ver. Iudicem
ſuſpectum, nu. 7. Marſil. in l. ſi quis ne quęſtio,
num. 14. ff. de quęſt. Neuizz. conſ. 36 num. 2.
Maſca. conſ. 943. nu. 34. vbi teſtatur com. opin.
Oſaſc. deciſ. 15. ſub nu. 4.

Tertiò quia cauſa deciſa per d. Reuerendiſs.
Iudicem die 2. Auguſti in fauorem Paſchaſij
Formica contra Herarium, ſeu promutorem
fiſcalem Curiæ Epiſcopalis Syracuſanæ nõ eſt
in totum ſimilis cum iſta quę vertit inter meos
clientes, & dictos de Caluo, & Cauarra reſpe-
ctu diuerſitatis perſonarum, arg. l. 2. & 3. ff. de
except. rei iud.

Quibus non obſtantibus teneo eſſe ſuſpectũ
declarãdum ex eo quod deciſit in ſimili cauſa,
eadem enim iura quæ adducebãtur per Formi-
cam adducũtur per iſtos de Caluo, & Cauarra.

19 Quò fit vt † ſuſpect⁹ declarari debeat, Aret.
conſ. 29. num. 25. Innocen. in cap. irrefragabili
circa prin. extra de off ordin. Capic. deciſ. 146.
num. 1 & 4. Rebuff. ſuper conſuet. gall. tit. de
recuſat. art. 9. nu. 32. Menocch. conſ. 94. nu. 13.
vol. 1. Cephal. conſ. 28. nu. 36. vol. 1.

Sicut etiam declarari poſſet ſuſpectus ſi ipſe
20 Iudex haberet conſimilem † cauſam, cauſæ ad-
uerſarij Auſrer. in tract. de recuſat. nu. 18. verſ.
27. Ioan. Andr. & Dominic. in cap. legitima de
appell. lib. 6. gloſſ. meus Abb. in cap. cauſam
quæ extra de iudit. Lanfranc. tit. de recuſat. nu.
12. verſ. 17. Mara. in ſpecu. par. 6. §. appellatio,
nu. 46. Specul. tit. de Iudice delega §. ſupereſt
videre, nu. 19. Franc. in cap. pen. col. fin. verſ.
38. extra de appellà. Viuius deciſ. 363. num. 6.
Iacob Egid. in tract. de teſtib. & eorum reprob.
21 num. 36. Et eſt ratio quia conſcientia † Iudicis
non debet eſſe diuiſa in eadem facto cap. pen.
de elect. lib. 6.

Et hęc cõſimilitudo cauſę probatur per prę-
ſentationem proceſſus cum cauſæ recuſationũ
probentur teſtibus inſtrumentis, & cõfeſſioni-
bus Iudicum etiã Iuratis ad quæ artari poſſent,
22 Si † crimen, vel infamiam non ſapiant, Auſrer.
in tract. de recuſ. num. 46. verſ. 9. principaliter,
Theſaur. deciſ. 6. verſ. his tamen gloſſ. & meus
Abb. in cap. 1. extra de except. Rebuff. in tract.
de recuſat. act. 1. gloſſ. 3. in fin. Caualc. deciſ. 28.
nu. 109. par. 2. Franc. in cap. cum ſpeciali quęſt.
7. extra de appell. Couarr. pratt quęſt. cap. 26.
ſub nu. 3. Maſca. vol. 1. quęſt. 4. In quo proceſſu
inueniuntur examinatæ eedem rationes, &
eadem capita quæ in noſtro.

Et non eſt verum quod in illo proceſſu fuit
tranſlata cauſa appellationis, & non grauami-
nis prout hic.

Quia apparet primo fuiſſe examinatam co-
gnitam, & deciſam cauſam grauaminis ex le-
23 ctura ſententiæ, dum fuit dictũ fuiſſe † illatum
grauamen, cum ſi fuiſſet cognita cauſa appel-
lationis, dictum fuiſſet corrigatur, vel confir-
metur, gloſſ. in ver. alioquin cap. vt debitus ex-
tra de appell. & hoc iure vti.

Secundò quia appellatio nõ potuit cognoſci
per Papam, vel eius legatum natum omiſſo
24 medio, & † per ſaltum parte opponente, cum
Epiſcopus Syracuſanus habeat ſecũdum iudi-
tium, & ad Papam appellatur per ſaltum via
grauaminis nõ ſuſpenſiua, ſed deuolutiua tan-
tum, Bal. conſil. 99. vol. 3. Socc. conſ. 19. col. 4.
vol. 4. Franc in cap. dilecti col. 3. extra de ap-
pell. Archid. in cap. ſi delegatus verſ. ſed qui de
off. d. legat. lib 6.

Tertiò quia, & ſi aliqui contrarium ſentiant
25 de iure canonico, illud tamen † nõ ſeruatur in
Terris Imperij etiam inter clericos, Abex. lib.
pactor. num. 287. gloſſ. vulgata cap. quod cle-
ricus extra de foro compet. Corne. conſil. 64.
col. 2. vol. 3.

Non obſtat primum de integritate, & graui-
26 tate Reuerẽdiſſimi Iudicis quia quelibet † per-
ſona poſſens ius dicere in iuditio recuſari poſ-
ſet, Auillalob. comm. opin. in ver. ſuſpitionis
cauſa ſub num. 161. circa med. Ang. in l. obſer-
uare,

uare, ff. de iudit. præpoſ. in cap. cum ſpeciali
col. 13. extra de appell.

Et doctrinæ allegatæ incontrarium non ne-
27 gant quin † Religioſiſſimus recuſari nõ poſſet,
ſed quod arbitri attendere debeant in bene cõ-
ſideranda cauſa ſuſpitionis, quæ in noſtro the-
mate eſt de expreſſis in iure cum etiã poſſet re-
28 cuſari ex omnibus † cauſis maioribus, vel ſimi-
libus in iure expreſſis, Iudicis arbitrio remictẽ-
dis, Aufrer. de recuſ. num. 45. verſ. 93. Ant. &
Prępoſ. in cap. poſtremo extra de appll. Innoc.
Abb. & Ioan. Andr. in cap. cũ ſpeciali extra de
appell. Lanfranc. de recuſat. nu. 12. in fin. Me-
nocch. de arb. iud. lib. 2. caſ. 152. nu. 2.

Non obſtat ſecundum quia conſenſerunt in
Iudicem mei clientes, quò fit vt recuſari nõ va-
29 leat, quia reſp. ex cauſa occurrente poſt † cauſę
cognitionem, vel litis cõteſtationem poſſe Iu-
dicem recuſari, Lanſranc. de recuſat. nu. 2. l. nõ
diſtinguemus, §. cũ quidam, ff. de ârbitr. Ang.
in l. fin. C. de iur. omn. iud. gloſſ. cap. inſinuante
extra de off. de leg. Maran. in dict. §. appellatio,
num. 74. Dec. in cap. cum ſuper, nu. 2. extra de
off. deleg. Neuizz. conſ. 44. nu. 6. Felin. in cap.
causã quæ extra de off. delegat. Maſcar. in add.
ad pratt. Papienſ. in forma libelli in act. reali,
gloſſ. in v er. & in quantum, nu. 2. Ruin. conſ. 6.
nu. 3. vol. 1. Rebuff. tit. de recuſat. art. 1. gloſſ. 6.
nu. 2. Maſcar. concluſ. 943. num. 35. Burſ. conſ.
21. nu. 34. vol. 1. Iodoch. in praxi ciuili rubr. de
recuſ. iud. cap. 125. nu. 16. ſol. 220.

Vel ſaltim ſi peruenerit ad notitiam partis
30 poſt litem † conteſtatã, Ant. Gabr. lib. 2. concl.
tit. de iudit. concl. 5. nu. 8. & 9. Ang. in l. nemo
carcerem, C. de exact. trib. lib. 10. Lancell. de
attent. cap. 6. nu. 50. Craſſ. lib. 2. com. opin. cap.
8. quæſt. 14. vbi ait hoc eſſe verum abſq; cõtro-
uerſia, Ruin. conſ. 6. nu. 8. vol. 4. Paul. de Caſtr.
in l. apertiſſimi, nu. 2. C. de iudit.

Et quòd perueniret nouiter ad notitiam, ſeu
ſcientiam meorum clientuum probatur ex prę
31 ſumptione iuris, quo † ignorantia pręſumitur
niſi probetur ſcientia ex aduerſo l. verius, ff. de
probat. §. quod autem inſtit. delegat. l. ſuper
ſeruis, C. qui mil. non poſſ. lib. 12. cap. pręſumi-
tur de reg. iur. lib. 6. gloſſ. l. 1. ff. de recapt. & in
§. quod autem inſtit. de excuſ. tut. Anto. Gabr.
32 lib. 6. concl. tit. de reg. iur. concl. 5. num. 1. Et †
dicitur liquidiſſima probatio, & continetur in
33 † ſtatuti diſpoſitione requirentę veram proba-
tionem, vt dixi in prima cent. de caſib. conſc.

Et Doctores in contrarium allegati, vel alle-
gandi concedentes ſtari iuramãto partis ſuſpe-
tionem deducentis, loquuntur in fauorẽ ipſius
quò fit vt non debeat eorũ authoritas in eiuſdẽ
34 odiũ retorqueri, l. quod fauore, C. de ll. & † in-
ducta ad augmentum nõ debeant operari dimi
nutionem, l. legata inutiliter, ff. de leg. 3.

Non enim priuant, ignorantiã poſſe probari
modis à iure expreſſis ſcilicet iuramento, teſti-
bus, inſtrumentis, vel confeſſione, & pragm.
35 nouiſſima vltra quod eſt cõformis † iuris com-
munis, & ſecundum illud regulatur, & inter-
36 petratur, l. 2. C. de noxalib. nõ tangit, nec † de-
rogat aliquid circa probationes, vnde remicti-
tur diſpoſitioni iuris cõmunis, l. cõmodiſſimè,
37 ff. de lib. & poſthu. quod enim non † mutatur
cur ſtare prohibetur, l. ſancimus, C. de teſtam.
l. pręcipimus, C. de appellat.

Non obſtat tertium quod nõ eſt conſimilis
cauſa in totum propter diuerſitatem perſona-
rum cum hic nõ tractetur de exceptione rei iu-
38 dicatæ, ſed de † recuſatione quæ non requirit
omnim odam ſimilitudinem, Ioan. Pelſ. in pro-
ceſſ. iudit. tit. 16. ſub num. 44. vbi addit. nomi-
39 ne Chriſto pharus, Omne enim † ſimile nõ po
teſt eſſe idem, l. quod nerua, ff. depoſiti.

40 Ideò quæ † dicatur cõſimilis cauſa ſcriben-
tes veriores Iudicis arbitrio remiſerũt, Aufrer.
de recuſ. nu. 18. verſ. 27. Ioan. Andr. & Domi-
nicus in cap. cauſam el 2. extra de teſtib. Innoc.
in cap. cauſam quæ el 2. extra de iudit. per cap.
perſonas extra de teſtib.

Ex quib⁹ debet dictus Iudex declarari ſuſpe-
41 ctus, atquè ita ſententia per † eum lata decla-
rari nulla vti lata poſt allegatam ſuſpitionem
(& per cõſequens edictum priuationis, & ſen-
tentiæ Rebalij declarari validæ, & iuſtæ) Ma-
ran. in d. § appellatio, nu. 40. Lancell. de atten.
cap. 6. n. 4. Ant. Gabr. lib. 6. concl. tit. de iudit.
concl. 5. nu. 1. vbi teſtatur com. opin. Vant. de
null tit. de modo iud. proceſſ. ſub num. 2. & tit.
ex defecti iuridit. num. 140. Menocch. conſil.
865. num. 15. vol. 9.

Sed Magna Curia deciſit fuiſſe illatũ graua-
men, & Iudex declaratus non ſuſpectus.

ARGVMENTVM.

Quando legatarius certæ rei poſſet mitti in poſſeſſionem, vel miſſus manuteneri?

SVMMARIVM.

Argumentum à ratione finali ceſſante valet, nu. 1.

Legatarius certæ rei non poteſt propria authoritate legatum accipere, nu. 2. ratio principalis, & finalis, nu. 3. & alia rationes impulſiue, nu. 5. & 7.

Falcidia non debetur ex re tota, & integra relicta, num. 4.

Ratione vna ceſſante ex pluribus durat diſpoſitio ex alijs, nu. 6. declara, nu. 7.

Fæminæ quare ad feuda non admictantur quinquè rationes proponuntur impulſiua, ſed finalis eſt vnica num. 8. 9. & 10.

Fæminæ bellicoſæ, & apta ad arma recipiuntur ad feuda, nu. 11.

Verba

Verba totum, & integrum operantur quando fuerint adiecta in diſpoſitione ſecus in exequutione, nu. 12. Idem in verbis ad habendum, tenendum, &c. nu. 13. vel ſecundum aliquos non differunt ſi adijciantur in exequutiuis, vel diſpoſitiuis, nu. 14.

Legatarius poterit propria authoritate occupare legatum vbi eſſet periculum in mora, vel ipſum legatum dilactionem non admicteret, nu. 15. exempla, num. 16.

Teſtamenti pars vna declaratur per aliam, nu. 17.

Præcedentia influunt in ſequentibus, & èconuerſo, num. 18.

Hæres particularis poteſt capere legatum propria authoritate, nu. 19.

Clauſula omni meliori modo adiecta in teſtamento operatur, vt legatarius poſſet capere legatum propria authoritate, nu. 20.

DECISIO. XXXVIII.

QVod Hieronimus Coſta legatarius
rei certæ potuit micti in poſſeſſionẽ rei legatę, vel miſs⁹ manutene-
ri a M. R. C. adducuntur quatuor
fundamenta irrefragabilia, primum quia valet
1 argumentum à † ratione finali ceſſante, gloſſ.
Bal. Caſtr. Fulgoſ. Corn. & mag. com. ſcrib in l.
quamuis, C. de fideicom. ſed ratio principalis,
2 & finalis diſpoſitionis prohibitiue, nè † legatarius propria authoritate legatum acciperet, fuit
3 ob † quartam falcidiæ ab hęrede detrahendam,
Menocch. de adipiſ. poſſ. remed. 2. nu. 6. fol 8.
Didac. Rodoric. Aluar. Hyſp. de coniectura-
ta mente defun. lib. 4. cap. 1. nu. 22. fol. 552. Et
4 quãdo relinquitur integrũ † legatum (& multo magis in noſtro themate vbi totum, & integrum, & ſic verbis geminatis) non debetur falcidia, gloſſ. in l. decem in fin. ff. de fideicomm.
liber. Bello. conſ. 65. num. Ferdin. Vaſq. de ſucceſſ. progreſ. §. 26. num. 19. Craſſ. in §. falcidia
quęſt. 10. nu. 2. vbi ait in hoc omnes communiter conſentire, ergo, &c.

Nõ obſtant duo motiua, & ſi ſubtilia aduerſus hoc medium, primum quia rationes prohibitionis prędictę sũt plures, videlicet, vt detrahatur falcidia, & audatia legatarij reprimatur,
5 & † hęredi honor debitus deferatur, & ceſſan-
6 te vna † ratione ex pluribus, ex alijs nihilominus ſubſtinebitur diſpoſitio, §. affinitatis inſt.
de nupt. l. liberorũ, §. notatur, ff. de his qui not.
infam. l. tutor peritus, §. quæ tutoribus, ff. de
excuſ. tut. l. 2. §. corporis debilitas, ff. de vacat.
numer. l. aſſiduis, C. qui pot. in pign. hab. §. vlt.
auth. vt determ. ſit numer. cler. §. ſed, & ſi quis
auth. de nupt cap. 1. §. maximè iuncto cap. niſi
cum pridem de renunt. cap. quæris verſ. & niſi
fortè de ætate, & qualit. cap. tantum 32. quęſt.
7. Menocch. de arb. iud. lib. 2. cent. 4. caſu 316.
nu. 50. Surd. in tract. de alim. tit. 6. quæſt. 3. nu.
4. Farin. quęſt. 28. ſub nu. 55. Cephal. conſ. 8 ii
nu. 14. vol. 1. Burſat. conſ. 152. nu. 64. vol. 2.

Quia reſpon. quod licet plures aſſignentur
7 rationes non † omnes ſunt finales, & principales, ſed illa ſolum à qua ſumpſi argumentũ aliæ
vero ſunt impulſiue, & acceſſoriæ, vt ſentit
Menocch. d. remed. 2. ſub nu. 6.

8 Et datur ſimile, rationes diſpoſitionis † prohibitiuæ quare fæminæ ad feuda nõ admictantur ſunt quinq; de quib⁹ per Bal. in l. quotiens,
9 C. de ſuis, & legitim. ſed ratio † finalis vnica eſt
quia fæminæ non ſunt aptæ ad pugnam, aliæ
10 verò † quatuor ſunt impulſiuę, Menoch. conſ.
65. nu. 28. vol. 1. Socc. cõſ. 257. nu 2. circa prin.
verſ. niſi dicamus vol. 2. Bal. conſil. 330. nu. 1.
11 verſ. 3. lib. 3. Vnde ſi † reperiuntur fęminę bellicoſæ, & aptæ ad arma reciperentur ad feuda
quaſi finali ratione ceſſante, licet aliæ impulſiuę ſupereſſent, Iſern. (rex feudi ſtarum) in cap.
1. §. hoc autem, num. 18. & 19. de his qui feud.
dar. poſſ. Iul. Ferrett. in tract. de iuſto, & iniuſto bell. nu. 24. fol. 44. Marcabrun. ab Anguill.
conſil. 23. num. 79.

Non obſtat ſecũdum pariter ſubtile motiuũ
quod illa verba totum, & integrum deberent
eſſe in exequutione diſpoſitionis quando ſcilicet mandaretur legatarium capere, & aprehendere totum, & integrum legatum.

Quia reſpon. verba prædicta tunc demũ in-
12 ducere effectum quãdo † fuerint adiecta in di-
13 ſpoſitione, ſecus in exequutione, ſicut † verba
illa ad habendũ tenendũ, &c. quæ nũc operantur liberã alienationẽ ſi fuerint appoſita in diſpoſitione, ſecus ĩ exequutione, Mozz. in tract.
de feud. rub. ex quibus cauſ. feud. am. nu. 166.
Rimin. Iun. conſ. 834. nu. 17. vol. 7. Menocch.
conſ. 216. nu. 27. vol. 3. & conſ. 724. nu 3. vol.
8. Surd. conſ. 217. num. 28. vol. 2. Iacob. Berr.
conſ. 100. num. 4. 14. & 15. Ant. Theſaur. deciſ.
Padam. 147. nu 6. Vinc. de Franch. deciſ. 6. nu.
7. par. 1. Ioan. Franc. Aponte conſ. 57. num. 55.
lib. 1. Marc. Ant. Peregr. de fideicomm. art. 52.
num. 42. in fin. Burſat. conſ. 4. ſub nu. 9. vol. 1.
14 Becc. conſ. 88. nu. 14. Vel † ſaltim nõ differret
ſi dicta verba adijcerentur in diſpoſitiuis, & in
exequutiuis, Craſſ. in §. trebellianica quæſt. 8.
nu. 4. in fin. vbi neſtatur hanc eſſe com. opin.

15 Secundum addicitur quia vbi eſſet † periculum in mora, vel legata dilationem non admicterent, poſſet legatarius illa occupare authoritate propria, Menocch. d. remed. 2. nu. 58. &
16 62. vbi ponit exemplum in legato relicto cauſa
ſtudiorum, at locus legatus indigebat cõtinua
irrigatione, & cura, & periculum patiebatur in
eius ſubſtantia, & bonis mobilibus ibi exiſtentibus, vt fuit Magna Curia tunc temporis à cuſtodibus informata ergo, &c.

Tertium qaia dictus legatarius Hieronimus
Coſta fuit nomitatus in fine teſtamenti hæres
parti

particularis ex quo declaratur mens teſtatoris
quæ fuit in dicto loco inſtituere eumdẽ de Co-
17 ſta eius nepotem hęredem particularem cum †
vna pars teſtamẽti per aliam declaretur, Gabr.
conſ. 100. nu. 61. vol. 2. l. qui duobus, ff. de leg.
1. Bal. in l. centurio, nu. 27. & Ripa nu. 124. ff.
de vulg. & pupill. Corn. conſ. 159. nu. 9. vol. 4.
18 Et † ſicut pręcedẽtia influunt in ſequẽtibus ita
ſequẽtia in pręcedẽtibus, Hiero. Gabr. cõſ. 98.
nu. 17. & ſequ. vol. 1. ex not. in cap. 2. requiris
extra de appell. & l. 3. §. 1. ff. de liber. & poſth.
19 At hæres † particularis, ſeu incerta re poteſt
capere legatum propria autharitate, Menoch.
de adip. poſſ. rem. 2. nu. 64. & de recup. poſſeſſ.
remed. 5. nu. 35. Iaſ. in l. non dubiũ col. 2. verſ.
3. limita, C. de lega. Berous conſ. 93. nu. 4. Pere-
grin. de fideicom. art. 47. nu. 53. fol. 435.
20 Quantũ deducitur quia ſtante † clauſula ad-
iecta in fine teſtamenti omni meliori modo le-
gatarius poterit capere própria authoritate le-
gatũ, Proſper. Paſeth. conſ. 140. nu 9. & 10. poſt
Curt. Iun. in l. fin. C. de edicto diui Adr. Tolle.
Quapropter iure optimo fuit deciſum à Ma-
gna Curia prędictum de Coſta eſſe manutenen-
dum in poſſeſſionem.

ARGVMENTVM.

Aliqua de remiſſione fori ſcitu digna
enuntiantur?

SVMMARIVM.

Reus emanari faciendo literas grauaminis a M.R.C. cum tranſmiſſione informationum, videtur aligiſſe forum ipſius, vt amplius ad inferioram non eſſet remictendus, nu. 1.
Reus grauiſſimi criminis dicitur ſuſpectus de hæreſi, num. 2.
Sodomiæ crimen eſt grauiſſimum, nu. 3.
Hæreſi vbiquè locorum proceſſatur coram pluribus, & diuerſis Iudicibus, nu. 4. ratio, nu. 21.
Iuditium vbi ceptum eſt ibi finiri debet, nu. 4. declara, num. 24.
Litis conteſtatio in criminalibus qualiter fiat, nu. 6.
Forus acquiritur ex tribus, nu. 7.
Mandati fines cuſtodiendos, nu. 8.
Principis mandato non obediens eſt poniendus, nu. 9.
Cap. Ritus 177. declaratur, nu. 10.
Statutũ præſumitur eſſe in viridi obſeruantia, nu. 11.
Priuilegium dicitur priuata lex, nu. 12.
Priuilegium Regis Ludouici de non extrahendis Ciuibus Catinenſibus inuitis declaratur, nu. 13.
Exceptio firmat regulam in non exceptuatis, nu. 14.
Fori remiſſio cadit inter conſtitutos ſub eodem principe, num. 15.
Fauori ſuo quilibet poſſet renuntiare, nu. 16.
Quod fauore eſt introductum non debet in eius odium redundari, nu. 17.
Iudex à quo dicitur ſuſpectus grauamine declarato, num. 18. (19.
Odium vnius perſonæ non debet extendi ad aliam, nu.
Iudex à quo ſi fuerit mutatus, vel aliter remota eſſet ſuſpitio poſſet redire cauſa ad inferiorem etiam declarato grauamine, nu. 20.
Illatio non fit ex diuerſis, nu. 22.
Fori remiſſio fit in grauiſſimis criminibus non autem in leuibus, nu. 23.
Decretum de torquendo pendente grauamine, & fori remiſſione debet reuocari via attentati, & nullitatis, num. 25.

DECISIO XXXXVIIII.

VIDETVR primo introitu iſtũ de
Maiorana non eſſe remictendũ ad
forum Clariſſimæ Vrbis Cataniæ.
Primò quia tentando grauamen
coram M. R. C. & emanari faciendo literas cũ
tranſmiſſione informationũ, & Fiſcus acquie-
1 ſcens grauamini, videtur † elegiſſe forum ſupe-
rioris, vt amplius ad inferiorem nõ eſſet remi-
ctendus cap. vt debitus honor in tex. ibi alio-
quin, vbi etiam gloſſ. extra de appell. Corſett.
ſing. 144 in ver. iuditium col. 2.
2 Secundò quia † reus grauiſſimi criminis eſt
ſuſpectus de hæreſi, Iacob. Simanc. in tract. de
cathol. inſtit. tit. 50. de præſumpt. & ſuſpit. nu.
30. Menocch. lib. 1. præſum. quęſt. 100. nu. 8. &
3 9. & lib. 5. præſum. 6. nu. 38. Et † ſodomiæ cri-
men eſt grauiſſimum auth. vt non Luxur. in
prin. Arnal. de agnoſc. aſſert. heret. quæſt. 23.
nu. 23. cap. adulterij 32. quæſt. 7. Ergo ſodomi-
4 ta eſt de hęreſi ſuſpectus, At qui hęreſis † vbiq;
locorum proceſſatur, & punitur coram pluri-
bus, & diuerſis Iudicibus; Anto. Gabr. lib. 2.
concl. tit. de iudit. concl. 1. nu. 17. Auilladiego
in tract. de heret. quęſt. 8. circa fin. Socc. in reg.
87. fall. 1 Nouel. in reg. 220. fall. vlt. Duen. reg.
378. limit 7. eſt tex. in cap. ꝑ hoc §. 1. de heret.
lib. 6. Reuerendiſſ. Ludouicus à Paramo in ele-
gantiſſ. & doctiſſ. tract. de origine, & progreſſ.
S. off. lib. 3. tit. de ord. iudit. quæſt. 4. nu. 77. fol.
587. Ergo idem in crimine ſodomiæ, atquè ita
non debet remicti eiuſdem criminis reus.
5 Tertiò quia vbi † cęptum eſt iuditium ibi fi-
niri debet, §. quoniã auth. de teſtib. l. vbi cęptũ,
ff. de iudit. At fuit iſtud iuditiũ criminale cęptũ
coram delegato Magnę Curię per litis cõteſta-
6 tionem quæ in criminalibus fit † per reſponſi-
onem rei ſuper propoſita inquiſitione, Clar. in
§. fin. quæſt. 45. circa prin. Bart. in l. is qui reus,
nu. 4. ff. de publ. iud.
Quibus nõ obſtantibus quæ pro fiſco addu-
ci poſſent, arbitror dictum de Maiorana remic-
tendum eſſe ordinarijs meæ Clariſſimæ Vrbis,
Moueor lege vniuerſali, lege ſpeciali ipſius
Principis, lege Regni, & lege priuata.

Venit remiſtendus lege vniuerſali, quia ſo-
7 rus † acquiritur ex tribus, origine, delicto, &
domicilio, l. 1. & autb. qua in prouincia, C. vbi
de crimin. oport. l. 1. C. de iur. omn. iud. l. 1. & l.
ſi cui, § penult. ff. de accuſ. l. ſolent, ff. de cuſt.
reorum, l. 1. ff. de interd. & releg. cap. licet ex-
tra de foro comp. Bar. in l. cunctos populos ſub
nu. 47. C. de ſum. trin. & fid. cath. Auall. conſil.
19. nu. 3. vol. 2. Duenna reg. 378. in prin. Et di-
ctus de Maiorana eſt oriundus Ciuitatis Cata-
niæ retinet bodie domicilium ibidem, & deli-
ctum prętenſum aſſeritur ibidem perpetratũ.

Lege ſpeciali, ſeu particulari ipſius Princi-
pis, venit remictendus ſcilicet ex reſcripto de-
legatorio quo mãdatur, cauſas inceptas coram
delegato, & non finitas, ordinarijs relinquen-
das, vt per alios Delegatos, Vicarios, & armo-
rũ Capitaneos ſemper obſeruatũ extitiſſe con-
8 ſtat ex pluribus actibus in incartamẽto, Et † fi-
nes mandati erant cuſtodiendi, l. diligenter, ff.
manda. cap. cũ dilecta extra de reſcr. Quinimo
9 non obediens † Principis mandato veniret pu-
niendus, Menocch. de arbitr. iud. lib. 2. cent 4.
caſ. 319. nu. 20. cap. 2. extra de maior & obed.

10 Lege Regni remictendus venit. ſcilicet ex †
cap. Ritus Regis Alph. 177. rub. de non extra-
hendis à domicilio, vbi in criminibus cõſtitui-
tur neminem extrahi ab eius domicilio, Et ſta-
11 tutum † præſumitur eſſe in viridi obſeruantia,
Menocch. conſ. 75. num. 14. vol. 1. per l. arria-
ni, C. de beret. Rip. in l admonendi, num. 118.
ff. de iur. iur.

Lege tandem priuata remictendus venit, ſci-
12 licet priuilegio quod eſt † priuata lex cap. pri-
uilegia 3. deſtinct.

13 Quo † Ludouicus Rex conceſſit Clariſſimę
Vrbi eius Ciues non eſſe extrahendos in cauſis
ciuilibus, criminalibus, & mixtis pręter in feu-
14 dalibus, & crimine lęſę Maeſtatis, Et cũ † duo
caſus tãtum exceptuantur omnes alij compre-
henſi videntur, mei conciues, Cum. & Mila-
nenſ. ille, in cap. Ritus 82. nu. 6. iſte, deciſ. 13.
num. 21. lib. 2.

Ex quib⁹ apparet remictendũ eſſe meũ clien-
tem ordinarijs meæ Vrbis ſub eodem principe
15 cõſtitutis cum remictẽtibus, inter † quos cadit
remiſſio, Farin. quęſt. 7 nu 25. Cepoll. conſ. 58.
nu. 2. in crimin. Clar. in § fin. quęſt. 39. verſ. ſed
nunquid, Theſaur. deciſ. Pedam 90. nu. 6. & 7.

Non obſtant cõtraria, & primo primũ, quod
tentando grauamen coram Magna Curia, &
ex ceſſione fiſci fuiſſe verificatum, non poſſet
cauſa ab ea reuocari.

Quia reſpon. primo vt grauatus nõ accedat
ad grauantem fuit conſtitutum fauore grauati,
16 cuius † fauori poteſt renuntiare dolens, l. fin.
17 C. de pact. alias quod † fauore eius introductũ
eſſet in eius odium redundaret contra l. quod
fauore, C. de legib.

Secundò reſpon. contrariũ procedere quan-
do peteretur cauſa reuerti ad grauantẽ qui fuit
18 delegatus M. C. eo quod † Iudex à quo vide-
tur ſuſpectus cap. ad hæc ſi in vna extra de ap-
pell. Bar. in l. eius qui quęſt. vlt. ff. de app. recip.
& in l. eos in prin. C. de appell. Sed cliens petit
remicti ad ordinarios qui nullo modo cogno-
uerunt de cauſa.

19 Et † odium vnius perſonę nõ debet extendi
ad alias perſonas cap. odia de reg. iur. lib. 6.

Et ceſſat cauſa ſuſpitionis Iudicis à quo ſu-
perqua eſt fundata deciſio dict. cap. vt debitus
vnde eius debet ceſſare diſpoſitio, vt in termi-
nis docuit Dec. in d. cap. vt debitus, nu. 8. vbi
20 ſubijcit, quod ſi † Iudex à quo mutatus eſſet tẽ-
pore, vel aliter remota eſſet ſuſpitio poſſet cau-
ſa ad eum remicti etiam appellatione declarata
legitima, Ant. de Butr. & Aret. in cap. dilecto
per illum tex. extra de teſtib.

Non obſtat. ſecũdum quia reſp. primo quod
21 hęreſis ideò vbiq; punitur quia habet † cauſam
cõtinuam, & ſucceſſiuã, & vbi verſatur ibidem
peccando delinquit, Arnal. in tract. de agnoſc.
aſſert. catho. & beret. quæſt. 25. nu. 12. Couarr.
pratt. quæſt. cap. 11. ſub nu. 12. Farin. quæſt. 7.
nu. 17. Quæ ratio ceſſat in nefando quod habet
22 cauſam momentaneam, & † ex diuerſis, &c. l.
papinianus, ff de minor.

23 Secũdò quia in grauiſſimis † criminibus eſt
locus remiſſionis, & nõ in leuibus, Farin. quęſt.
7. nu. 30. per l. deſertorem in prin. à contrario
ſenſu, ff. de re mil. Couarr. pratt. quęſt. cap. 11.
verſ. 8 Clar. in §. fin. quęſt. 38. verſ. ſcias tamen.

Non obſtat tertium quia reſpon. regula non
24 procedere, quãdo † tractatur de præiuditio iu-
riditionis alterius, quia tunc non debet perfici
vbi inchoatum eſt iuditium, Bal in cap. impe-
rialẽ, §. pręterea col. pen. de prohib. feud. alien.
per Feder. quem refert, & ſequitur Ant. Gabr.
lib. 2. concl. tit. de iudit. concl. 1. nu. 36. At bic
tractatur de pręiuditio iuriditionis meæ Vrbis
vt ſupra in rationibus decidendi oſtentum fuit
ergo, &c.

Intantum quod iure optimo venit cliens re-
mictendus, & decretum de torquẽdo pendente
25 grauamine, & fori † remiſſione via attentati, &
nullitatis reuocari deberet, Lancell. de attent.
cap. 12. ampl. 4. nu. 20. vbi ait ita communiter
ſeruari, Carauit. ſuper Ritu 259. ſub nu. 10.

Sed M. C. deciſit fuiſſe illatum grauamen, &
cauſa remaneat in ea aliquibus reſpectibus.

ARGVMENTVM.

Quandò detur repetitio indebitè ſoluti?

SVMMARIVM.

L. repetitio, ff. de cond. indeb. caſus, nu. 1.
§. quamuis l. ſi pæna, ff. de cond. indeb. concordatur
cum

cum l. repetitio, ff. eod. primo aſpectu contraria, num. 2. & 7.
Contrarium in iure non inuenitur, nu. 6.
Soluens debitum alterius poteſt agere contra liberatũ actione negotiorum geſtorum, nu. 8.
Soluens in dubio præſumitur ſoluiſſe nomine proprio, nu. 9. declaratur, nu. 10. & 11.
Dubitationi in claris non eſt locus, nu. 12.
Paria ſunt ſcire, vel ſcire debere, nu. 13.
Donatio præſumitur ratione ſanguinis, nu. 14.
Referenti non creditur, niſi conſtito de relato, nu. 15. declara, nu. 17. 18. & 19.
Approbatum ſemel non poteſt improbari, nu. 16.
Mercatorum in cauſis conſideratur æquitas, nu. 20.

DECISIO. L.

IAcobus Firina, Io. Maria, & Franciſcus Crema vendiderunt inſolidũ ſalmas ducentas viginti frumentorum fortium Bartholomeo Curſini prout meta imponeretur per offitiales vrbis pro qua venditione confeſſi fuerunt recepiſſe vntias quadricentas, & quis eorum reſecturus eſſet, reficeret, vt apparet per acta notarij Sigiſmundi de Alagona die 10. Iunij 5. Ind. 1592.

Bartholomeus Curſini emptor ad apodixam Ioſeph Ricupro confeſſus fuit recepiſſe dictas ſalmas 220. & voluit prędictum cõtractum fore, & eſſe caſſum die 21. Nouẽbris 1592. 6. Ind. in immargine dicti contractus. Stante quia in apodixa prædicta facta die 13. Octobris 1592. dictus de Recupro in eius horreis in circuitu miſericordiæ huius Vrbis bonas fecirit dictas ſalmas 220. furmenti giratas per Ioan Mariam Crema, & Carolum Salmona pro obligatione prędicta in actis de Alagona, ita vt ſtante prædicta gira, & cõſignatione prędictus cõtractus intelligeretur caſſus, & nullus.

Or prędictus Carolus Salmona tanquàm ille qui non erat obligatus ad conſignationem prędictorum frumẽtorum, & nihilominus ſoluit, prætendit tepetere eius ratam vti indubitum a prędicto Bartholomeo Curſini ſolutum

Ego vero nõ obſtantibus adductis ex aduerſo patres iſtius de Curſini defendens, ſubſtineo abſq; dubio eſſe abſoluendum ab indebita petitione prædicta.

Et pro meo cliente adduco tex. ad literam in
1 † l. repetitio, ff. de condit. indeb. vbi Paul. iuriſconſultus ponit hæc formalia verba, repetitio
2 † nulla eſt ab eo qui ſuum recepit, tamen ſi ab alio quàm à vero debitore ſolutum ſit. Vnde in
3 caſu noſtro non videtur † repetendũ à Curſini recipiente ſuum debitum, licet à Sermona non
4 debitore. Aduerſus † hunc tex. eſt alter tex. ei
5 ex diametro contrarius, videlicet † l. ſi pænæ, §. quamuis, ff. de cond. indeb. vbi Pomponius iuriſcõſultus ponit hęc formalia verba, Quamuis debitum ſibi quis recipiat, tamen ſi is qui dat, nõ debitum dat, repetitio competit, Ecce quod indebitum conſideratur etiam ex parte ſoluentis, & datur repetitio, vnde ita deberet dici in caſu noſtro.

Sed concilio prędictas ll. primo aſpectu con-
6 trarias, (cum in iure nihil † contrariũ inueniatur, §. quibus conſt. 1. cod §. tollendis conſt. 2. cod.) vt d. l. repetitio procederet, quando non
7 debitor ſoluerit nomine debitoris, quia tunc non cõpeteret repetitio aduerſus recipientem, ſed bene actio negotiorũ geſtorum contra eum cuius nomine ſoluit, at d. §. quamuis procederet, quãdo ſuo nomine nũ debitor ſoluerit, quia tunc cõtra recipientem repetitio competeret, ita ſoluit gloſſ. in d. l. repetitio, & in d. §. quamuis, vbi Bart. vtrobiq; & Alber. de Roſate. Vnde quia iſte de Sermona ſoluit nomine alieno ſcilicet Ioãnis Mariæ Crema veri debitoris nõ poterit repetere à meo cliente de Curſini recipiente debitum ſuum, ſed bene agere poterit
8 actione † negotiorum geſtorũ contra illum de Crema cuius negotium vtile geſſiſſe videtur, eum liberari faciendo, Bart. in l. ſolutionẽ, nu. 2. ff. de ſolutio, & in l. ſi ſtichum, §. fin. ſub nu. 1. ff. de nouat. & delegat. Rot. Genuenſ. deciſ. 6. nu. 7. per l. ſoluẽdo, ff. de negot. geſt. & deciſ. 143. nu. 2. & deciſ. 170. ſub nu. 1.

Debeo modo oſtendere dictum de Sermona ſoluiſſe nomine d. de Cremona veri debitoris.

9 Et licet regulariter ſoluens in † dubio pręſumatur ſoluiſſe nomine proprio, Bart. in l. 1. nu. 10. ff. de ſolut. Menocch. de pręſum. par. 1 lib. 3. pręſum. 46. nu 4. Tamen intelligitur regula
10 quãdo quis fuiſſet † obligatus nomine proprio, & alienam etiam ſuſtineret obligationem, vt tũc magis nomine ꝓprio pręſumatur ſoluiſſe, quã alieno, ita probat tex. l. & magis, ff. de ſolut. & l. ex pluribus, ff. eod. vbi Bart. pleniſſimè declarat, & ſcriptũ reliquit Menocch. de pręſum. par. 1. lib. 3. prçſum. par. 143. ſub nu. 5. At quan-
11 dò nomine † proprio nullã haberet obligationẽ ſoluens prçſumitur in dubio ſoluiſſe nomine alterius obligati, vt docuit Bart. in l. ſi pęnę, §. quamuis, ff. de cond. indeb. Vndè nõ immerito iſte de Sermona non obligatus in cõtractu venditionis frumẽtorũ ſoluens videtur ſoluiſſe nomine Ioannis Mariæ Crema obligati, poſtquàm in eadẽ ſe ſuſcripſerint apodixa, Et hæc ſufficerent pro victoria mei clientis.

Sed vlterius oſtendam, quòd non ſumus in dubio, vt prçſumatur ſoluiſſe nomine alterius,
12 ſed in claris, vt † nullus remaneat dubitationi locus l. continuus, ff. de verb. obl. §. cũ ita, Nam in apodixa prædicta Sermona ſoluit pro obligatione facta in actis Sigiſmundi Alagona, expreſſa quantitate pecuniæ, & frumentorũ debitorum, in quo cõtractu apparet debitor dictus de Crema, ergò nomine ipſius ſoluiſſe oſtenditur,

tur, ſciebat enim Sermona, vel ſcire debebat,
quod nõ debebat obligationẽ aliquam in actis
prædictis de Alagona poſtquã tractatur de re-
collectione proximi anni elapſi, & per conſe-
quens de re geſta infra tres menſes, & ſic modi-
13 cum tempus, paria enim † ſunt ſcire, vel ſcire
debere, ff. ſi cert. pet. l. quod te, Nec Sermona
ſoluit pro Crema, abſq; aliqua cauſa, vel conſi-
deratione, ſed ex duplici cauſa.

Primo quia ſimul habebant magna negotia,
eccè quod ſimul conduxerint ſeuda à Barone
Pettinei ad ſummam vntiarum 1700. quolibet
anno in actis Notarij Frãciſci de Amore die 6.
Maij 2. Ind. 1589. pro annis nouem inter quos
includitur annus ſolutionis prędictę 5. Indict.

Eccè quòd ſimul vendunt Iacobo Firina ſal-
mas 310. ſurmenti, & confitentur habere vn-
tias 604. in actis Io. Baptiſtæ Comito die 16.
Ianoarij 3. Indict. 1589.

Eccè quòd Io. Maria Crema compenſat no-
mine proprio, & dicti Caroli Sermona magnũ
nomen debiti cum Iacobo Ferina ſcilicet vn-
tiarum 1057. in actis dictis de Comito 20. Ia-
nuarij 4. Indict. 1590.

Eccè tandem (quæ cõſideratio perimit om-
ne dubium) quod Carolus Sermona dedit facul
tatem Io. Marię Crema vt poſſet capere ad me-
tam frumentorũ vntias mille ſub pactis, & cau
telis ipſi de Crema beneuis is obligans omnes
cõtractus rathificare, & ad plenariam obſerua-
tionem, & complimentũ contractuũ celebran
dorum per dictum de Crema per annos duos
ſequentes proximos vt in actis apparet Notarij
Thomæ de Magliolo die 30. Maij 6. Ind. 1592

Deindè in menſe Iunij in actis prædictis de
Alagona d. Io. Maria Crema fecit illam obliga-
tionem ad metam frumentorũ dict. Bartholo-
meo Corſini meo clienti, Et in menſe Ottobris
d. Io. Maria Crema, & Carolus Sermona ſolue-
runt d. de Curſini frumẽta debita ad quæ d. de
Crema erat obligatus in actis de Alagona, & d.
de Sermona erat obligatus in actis prędictis de
Magliolo ad plenariam ſatisſationem dicti con
tractus. Quomodo itaq; dici poſſet quod ſoluit
indebitum, imo debitum proprium, vt neque
actione negotiorũ geſtorũ poſſet agere contra
d. Io. Mariam Crema, ſecunda cauſa, ſeu conſi-
deratio eſt quia Carolus Sermona eſt ſocer Io.
14 Marię Crema, vnde ſi † aliquando ratione ſan-
guinis præſumatur donatio, vt voluit Bart. &
Doct. in l. quæ dotis, ff. ſol. matr. Eego multo
magis debet præſumi ſoluiſſe pro genero qui
loco filij eſt, vt negotium vtile eius gereret.

Denique ſi diceretur cõpetere repetitionem
dicto de Sermona ſequeretur quod d. de Curſi-
ni remaneret doloſe leſus quia cũ d. de Sermo-
na, & Crema fecerunt apodixam frumẽtorum
in horreo illius de Recupro, ita vt caſſus rema-
neret cõtractus ad metam prout caſſus fuit, nõ
poſſet amplius conſequi ſuum debitum ſemel
extincta obligatione.

Nõ obſtat quod de apodixa illius de Crema,
& Sermona de qua ille de Recupro mẽtionem
facit in ſua apodixa non conſtat, & nõ creditur
15 † referenti niſi cõſtito de relato, auth. ſi quis in
aliquo, vbi Bart. nu. 11. C. de eden.

Quia reſpon. primo quia d. de Sermona pro-
bat ſolutionem ſuam per actum confeſſionis d.
de Curſini facientem mentionem de apodixa
illius de Recupro, & de Sermona, vnde nõ po-
16 terit † eam improbare, Bal. in add. ſpeculat. tit.
de appell. verſ. offitium Iudicis, & in l. 1. col. 2.
C. vt quæ deſunt aduoc. & in l. 1. §. ad edenda,
ff. de eden. Quinimò tunc quando inſtrumen-
tum referens fuiſſet productum à parte, ſtatur
17 † referenti, non conſtito de relato, Soc. Sen.
conſ. 11. col. 1. vol. 3.

18 Reſpon. ſecundo quod † licet non credatur
referenti, niſi conſtito de relato, tamen eſt ma-
gna pręſumptio, quòd eſt verum id, quod rela-
tum eſt, niſi contrariũ probetur maximè quan-
do aliter dicendo quis iactaret ſuum, ita Raph.
Cum. conſil. 6. verſ. item ſi inſtrumento, Petr.
Paul. Pariſ. in add. ad Bart. in d. auth. ſi quis in
aliquo, num. 11. in litera L. Curt. Iun. Cagn. &
Iaſ. in d. auth. ſi quis in aliquo, ille in fin. com-
menti, iſte, ſub nu. 96. hic, nu. 9. in fine primæ
add. iactaſſet enim ſuum ille de Ricupro ſi etiã
apodixa illorum de Sermona, & Crema vera
non fuiſſet.

19 Tertiò reſpon. quia inter † mercatores cre-
ditur libris, & apodixis faciẽtibus de alijs men-
tionem, etiam nõ conſtito de relatis, quotiens
relatio fuiſſet clara, & perfacta, Cagnol. in dict.
20 auth. ſi quis in aliquo nu. 75. Quia inter † mer-
catores conſideratur equitas, & veritas, nõ api-
ces iuris, Rota Genuenſ. deciſ. 195. num. 12. &
deciſ. 3. nu. 23. & deciſ. 23. num. 15. & deciſ. 69.
nu. 5. & deciſ. 31. nu. 101.

Quapropter M. C. abſoluit d. de Curſini.

Finis Lib. I. Deciſionum M. R. C. alios autem vndecim Libros quàm citiùs benigne Lector habebis.

ELENCHVS ARGVMENTORVM LIB. I. DECISIONVM MAG. REG. CVR. REGNI SICILIÆ.

AGenti ex pacto de retrouendendo, quando denegatur feudi reſtitutio? Deciſ. 1.

Vtrùm vendito iure luendi feudũ, via replicationis nullitatis ipſius venditionis, poſſet agi ad reſtitutionem ex Regni capitulis? Deciſ. 2.

Multa de legitimatione per reſcriptũ ſcitu digna differuntur? Deciſ. 3.

Vtrum dos recepta à nepote in ſubſidium reſtitui debeat ſuper fideicõmiſſo auiæ paternæ? Deciſ. 4.

Quo pacto cõtractus ſubiugatorius ſecundum bullã de cenſibus annullari poſſet? Deciſ. 5.

Quæ requirantur in ſpolio priuilegiato iuxta formam Ritus, & capitulorum? Deciſ. 6.

Quando argui poſſet contractus vſurarius? Deciſ. 7.

Vtrum res alicuius reuocabiliter, poſſit ex alia cauſa adiudicari? Deciſ. 8.

Redditus ad vitam quo pacto extimentur, pluraquè de legitimę ſupplemento? Deciſ. 9.

Sententiæ exequutio quando impediri poſſet? Deciſ. 10.

Vtrum pręterita nepte teſtamentum auiæ maternæ ſit nullum? Deciſ. 11.

Quando tortura illata reo habeatur pro completa? Deciſ. 12

Germinationis materia ſingularitèr tangitur? Deciſ. 13.

Vt ſubiugatio ſubſiſtat, debet probari dominiũ rei ſubiugatæ fuiſſe ſubiugãtis tempore ſubiugationis? Deciſ. 14.

Ex quibus ſecudum decretum poſſet dici nullum? Deciſ. 15.

Quæ bona obnoxia dicantur pro tutelę adminiſtratione? Deciſ. 16.

Quietantia adminiſtratę tutelę vel curatię qualis eſſe debeat; Deciſ. 17.

Quando penſionarij teneantur ad collectas regias? Deciſ. 18.

Vtrum fiſcus cedente parte in crimine iniuriarum ſubintret? Deciſ. 19.

Contra donationem aliqua opponuntur, & reſoluuntur? Deciſ. 20.

Vtrum verba habito conſenſu proprietarij inducant cõditionalẽ diſpoſitionẽ? Deciſ. 21.

Vtrum ſententia contra virginem ſit appellabilis? Deciſ. 22.

Laudi nullitas, vel reſciſſio ex quibus deducatur? Deciſ. 23.

Donatio poteſt fieri vt valeat ad tempus? Deciſ. 24.

Quando peti poſſet reſtitutio in integrum aduerſus factam concluſionem, ſeu inſtantiæ lapſum? Deciſ. 25.

Quibus medijs exequutio inſtrumenti publici corruere poſſet? Deciſ. 26.

Quando curator teneatur non diſcutens tutores adminiſtrantes? Deciſ. 27.

Quando tutoris bona dicantur hypotecata, & alia circa materiam? Deciſ. 28.

Quando actor reici debeat à limine iuditij? Deciſ. 29.

Vtrum

Vtrum legatum pro maritaggio relictum conſequi poſſet ſequuto monacatu? Deciſ.30.

Quãdo admictatur exceptio compenſationis? Deciſ.31.

Quãdo tutor teneatur edere libros rationum? Deciſ.32.

Res empta de pecunijs alterius cuius fiat? Deciſ.33.

Vtrum teſtamentum confectum ad interrogationem alterius valeat? Deciſ.34.

Quando poſſeſſio defuncti trãſeat in legitimatum per ſubſequens matrimonium in bonis feudalibus? Deciſ.35.

Vtrum pro rathi promiſſione fœmina carcerari, aut aliter moleſtari perſonaliter poſſet? Deciſ.36.

Quando requiratur concurſus vtriuſquè partis coppulatiuę? Deciſ.37.

Nonnulla inditia euacuantur mandati homicidij? Deciſ.38.

Opponuntur plura contra ſententiam reddendi compotum adminiſtratæ tutelæ per tertium poſſeſſorem bonorum ipſius tutoris,& fideiuſſoris? Deciſ.39.

Enuntiantur inditia aliqua aſſaſſinij? Deciſ.40.

Vtrum crimen læſæ Maeſtatis commicti dicatur contra Barones Vaſſallorum? Deciſ.41.

Quando quis debeat manuteneri in poſſeſſione? Deciſ.42.

Vtrum ius proximitatis, & primogenituræ inſpiciatur tempore mortis, vel refutationis? Deciſ.43.

Quandò ſentẽtia defectu terminorum dicatur nulli, & multa circa alienationem rerum Eccleſiæ? Deciſ.44.

Quandò renuntiatio facta cum iuramẽtoq ante ingreſſum religionis valeat? Deciſ.45.

Nullitas adiudicationis varijs detegitur modis? Deciſ.46.

Tractantur aliqua capita grauaminis, & recuſationis Iudicis? Deciſ.47.

Quãdo legatarius certæ rei poſſet mitti in poſſeſſionẽ, vel miſſus manuteneri? Deciſ.48.

Aliqua de remiſſione fori ſcitu digna enuntiantur? Deciſ.49.

Quando detur repetitio indebitè ſoluti? Deciſ.50.

FINIS

INDEX SINGVLARIVM MATERIARVM LIBRI I.

DECISIONVM MAG. REG. CVR. REGNI SICILIÆ LOCVPLETISSIMVS.

A

Abbatiſſa in acquirendis poteſt monaſterio præiudicare, deciſ. 45. nu. 6.

Abbatiſſa non poteſt in quæſitis tranſigendo præiudicare monaſterio, deciſ. 45. nu. 14.

Ablatiuus abſoluens reſoluitur in vim conditionis, deciſ. 45. nu. 25.

Abſolutio à iuramento non eſt neceſſaria ob enormiſſimam læſionem, deciſ. 7. nu. 12.

Abſolutio à iuramento non eſt neceſſaria data enormiſſima læſione, deciſ 45. nu. 25.

Accollactio debitorum liquidorum fieri poſſet in adiudicationibus, deciſ. 15. nu. 51. & 53.

Accuſandi ius regulatur ſecundum ius ſucceſſionis, deciſ. 40. nu. 93.

Accuſatio priuati criminis non admictitur niſi ad inſtantiam eius cuius intereſt, deciſ. 19. nu. 13.

Acta poſt inhibitionem dicuntur nulla, deciſ. 47. nu. 7.

Acta faciunt rem notoriam, deciſ. 39. nu. 19.

Actio ex ſtipulatu eſt perſonalis, deciſ. 1. num. 28. Et non tranſit ad tertium venientem iure proprio, nu. 29.

Actio non datur non adimpleta prius conditione, deciſ. 1. num. 34.

Actio, & paſſio perueniens in perſonam eiuſdem dicitur confuſa, deciſ. 8. nu. 6.

Actio ex ſtipulatione Notarij acquiritur abſenti irreuocabiliter, deciſ. 20. num. 2. Et fortius ex rathificatione expreſſa, vel tacita, nu. 3. & 4.

Actio datur emptori de cuius pecunia fuit creditum antiquius ſatisfactũ quatuor concurrentibus, deciſ. 28. nu 6.

Actio hypotecaria excluditur ſpatio viginti annorum, deciſ. 28. nu. 18.

Actio præſupponit obligationem, deciſ. 39. nu. 1.

Actio tutelæ eſt perſonalis; deciſ. 39. nu. 7.

Actio perſonalis non ſequitur fundi poſſeſſorem, deciſ. 39. (nu. 16.

Actiones perſonales præſcribuntur ſpatio triginta annorum, deciſ. 9. num. 9.

Actor vtens inſtrumento vſurario in totum, in totum redditur vſurarium, deciſ. 7. nu. 7.

Actus requirens expenſas præſumitur factus ad inſtãtiam eius cuius intereat, deciſ. 6. nu. 19.

Actus redditur ſuſpectus de falſo ex teſte in ſcripto deponente non adfuiſſe, deciſ. 13. nu. 18.

Actus dici ſolet à cauſa originali vnde naturam, & formã recipit, deciſ. 46. nu. 44.

Actus humanos omnes, fabricant poteſtas, & voluntas, deciſ. 47. nu. 10.

Adiudicatio plus debito in vno nummo eſt nulla etiam pro quantitate debita, deciſ. 46. nu. 1. declara, nu. 2. & 31.

Adiudicatio dicitur nulla oppoſitionibus tertij pendentibus, deciſ. 46. nu. 50.

Adminiſtratores naufragatæ nauis quid facere debeant, deciſ. 13. nu. 11.

Affectus punitur in crimine leſæ Maieſtatis non ſequuto effectu, deciſ. 71. nu. 4. Maximè ſi fuerit deuentum ad actum proximum, nu. 5.

Agens nõ adimpleta cõditione malè agit, deciſ. 21. nu. 11.

Agnationis ratio non cenſetur habita fœminis vocatis in fideicommiſſo etiam ſi in eo pluries maſculi vocati fuerint, ſed ſolum prælatio maſculis tributa, deciſ. 3. num. 164. declara, nu. 165. contra, nu. 166.

Alienatio iuris luendi feudum facta ex cauſa non legitima eſt valida, licet veniat reſcindenda per ſucceſſores in feudo, deciſ. 2. nu 9.

Alienatio rei eccleſiaſticæ ſine ſollemnitatibus requiſitis eſt nulla, deciſ. 45. nu. 21.

Aliud eſt eſſe tale, aliud haberi pro tale, deciſ. 43. nu. 72.

Aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt, deciſ. 46. num. 19.

Anchar. reſponſum 409. declaratur, deciſ. 43. nu. 63.

Animus teſtandi ex quibus deprehendatur, deciſ. 34. nu. 3. 4. 5. & 6.

Animus ex factis, & verbis oſtenditur, deciſ. 40. nu. 77.

Appellatio regulariter admittenda eſt, deciſ. 22. nu. 8.

Appellatio à vicario Principis interponitur ad delegantem, deciſ. 44. num. 34.

Appellatio debet dari Iudici à quò, non ordinario, abſquè proteſtatione, deciſ. 44. nu. 35.

Appellatio nõ data Iudici à quo, ſed ordinario, abſq; proteſtatione non dicitur nulla, deciſ. 44. nu. 36.

Appellatio nõ cognoſcitur etiam per Papam omiſſo medio parte opponente, deciſ. 47. nu. 24.

Approbatum ſemel non poteſt improbari, deciſ. 50 nu. 16.

Aquiliana ſtipulatio, & acceptatio ſolet tantum interponi quando fit cum effectu generalis quictatio, & liberatio, deciſ. 30. nu. 10.

Arbitris nõ præfixo termino ad decidendũ à partibus infra quod tempus decidere poſſunt, deciſ. 23. nu. 13. & 14.

Arbitri poſſunt prætermittere differentias eis non propoſitas,

ſitas, vel ab eis non cognitas, decif. 23. nu. 20.
Argumentum de toto ad partem, & è contra validum eſt, decif. 40. nu. 46.
Argumentum validum eſt, teſtator voluit propter maſculos excludere proprias filias, ergo multo magis fœminas tranſuerſales, decif. 3. nu. 17.
Argumentum eſt validum de contractu ad delictum, & è contra, decif. 39. num. 24.
Argumentum de fideicommiſſo ad feudum; & è conuerſo valet, decif. 43. nu. 78.
Argumentum de pacto ad ſtatutum valet, decif. 45. n. 51.
Argumentũ à ratione ceſſante eſt validũ, decif 46. nu. 15.
Argumentũ à ratione finali ceſſante valet, decif. 48 nu. 1.
Aſcendentes paterni prius diſcuti debent, & poſtea materni in dotium reſtitutionibus, decif. 4. num. 54.
Aſſaſſinij crimen æquiparatur crimini læſæ Maeſtatis. decif. 40. nu. 13. & 85.
Aſſaſſinium probatur argumentis probabilibus, decif. 40. nu. 47. Etiam ad imponendam pœnam mortis, nu. 48.
Aſſaſſinium dicitur etiam quod homicidium fuerit factum ad complacentiam, decif. 40. num. 56. contra, nu. 57.
Aſſaſſinus punitur omiſſo ordine regulari, decif. 40. nu. 96.
Atteſtationum ſingularium tantum probant mille quantũ vna, decif. 40. num. 68.
Auia paterna eſt de perſonis quæ nõ tenentur principaliter ad dotium conſtitutiones, vel reſtitutiones, decif. 4. nu. 1. Sed bene ſecundario, num. 14.
Auia materna tenetur ſecundario dotare, decif. 4. num. 16.
Auth. res quæ C. com. deleg. eſt fundata in præſumpta voluntate, & mente teſtatoris, decif. 4. nu. 3.
Authenticæ cod. fuerunt traductæ ab yrn. qui non habebat poteſtatem legis condendæ, decif. 4. num. 4.
Auth. res quæ C. com. delega. non habet locum ſubſtituta pia cauſa, decif. 4. nu. 10. contra, nu. 47.
Auth. res quæ non procedit quando bona fideicommiſſi non fuiſſent obligata per grauatum, decif. 4. nu. 11.
Auth. res quæ eſt ſubſidiaria, decif. 4. nu. 24. (43.
Auth. res quæ eſt fundata ſuper fauore publico, decif. 4. nu.
Auus maternus tenetur ſubſidiarie dotare, decif. 4. nu. 17. Et multo magis auus paternus, nu. 18.

B

BAncherij noſtri temporis non ſunt verè depoſitarij, decif. 1. num. 14.
Banchus dicitur tutus in ſpecto tempore depoſitionis quò omnes de eo confidebant, decif. 1. nu. 18.
Barones vaſſallorum dicuntur conſiliarij, decif. 41. num. 1.
Baronem offendens Principem recognoſcentẽ videtur offendere perſonam Principis quem recognoſcunt, decif. 41. nu. 3. contra, nu. 6.
Benefitialis ſoluens integrè onera poterit vti retentione aduerſus penſionarios, decif. 18. nu. 4.
Bona acquiſita hæredi dicuntur proprium ipſius Patrimonium, decif. 3. nu. 3.
Bona fideicommiſſi non veniũt in generali obligatione, decif. 4. nu. 12. Sed bene in ſpeciali, nu. 50.
Bona dicuntur confiſcata ex crimine læſæ Maeſtatis, decif. 39. num. 3.
Bona prohibita alienari vtrum confiſcari valeãt, decif. 39. num. 22.
Bona alienata computantur in legitimam decif. 39. nu. 31.
Bona fides non cadit in ſciente impedimentum conſanguinitatis, ſed in ignorante, decif. 43. nu. 49.
Bona fides coniugum præſumitur ex eo quod matrimonium fuit publicè ſollemnizatũ in faciem Eccleſiæ, decif. 43. num. 51. (nu. 140.
Bonorum appellatione veniunt iura, & actiones, decif. 3.
Brachium aſſociatorium petitur ex vrbanitate pro capienda poſſeſſione rerum adiudicatarum ſtante licentia data à Iudice intrandi poſſeſſionem, decif. 46. nu. 66.

C.

CAlculatorum iuramento ſtatur circa tempus calculi non docto de contrario, decif. 23. nu. 11.
Cambia ſicca, & vſuraria ſunt reprobata, decif. 7. num. 9.
Canones non ſolent ad ſanguinem punire, decif. 40. nu. 49.
Cap. Regni Regis Caroli 214. non habet clauſulam ſolutis prius meliorationibus, decif. 1. nu. 9. ratio, nu. 10.
Cap. Regni Regis Caroli 256. tollit omnia pacta difficilem reddentia retrouenditionem, decif. 1. num. 19.
Cap. Regni Regis Caroli 256. & 214. concedit ſucceſſoribus feudi ex pacto, & prouidentia actionem ad retrouendendum reiectis omnibus alijs pactis præter ſimplicem conuentionem ipſam redimentis, decif. 1. nu. 31. 37 & 39.
Cap. Regni Regis Caroli 256. vti declaratorium trahitur ad præteritos caſus, decif. 1. nu. 40. (ſeq.
Cap. non omnis 32. quæſt. 2. declaratur, decif. 3. nu. 69. &
Cap. 1. de homicid. lib. 6. declaratur, decif. 12. num. 19. & 20.
Cap. Ritus 185. interpetratur iuxta aliud cap. Ritus præcedens 112. decif. 15. nu. 23.
Cap. Ritus 112. declaratur, decif. 15. nu. 34.
Cap. Ritus 360. & 145. declaratur, decif. 19. nu. 15.
Cap. Ritus 139. declaratur, decif. 22. nu. 1. 7. & 8.
Cap. Ritus 139. vtrum videatur priuilegiare cauſas, vel perſonas, decif. 22 nu. 7. & 10.
Cap. Ritus 133. declaratur, decif. 22. nu. 3.
Cap. Regni Regis Ferdin. 43. non admittit momentũ temporis inter mortem teſtatoris, & traſlationem poſſeſſionis in hæredem, decif. 35. nu. 9.
Cap. Regni Regis Ferd. 43. habet locum etiam in feudalibus, decif. 35. nu. 10. Etiam quod fuiſſet inſtitutus incapax ad feudi ſucceſſionem, nu. 11. & cognitio incapacitatis reſeruatur in meritis, nu. 16.
Cap. Regni Regis Ferdin. 43. declaratur, decif. 35. nu. 12.
Cap. Regni Regis Ferd. 43. non procedit quando tempore mortis poſſeſſio in alium reperiretur tranſlata, decif. 35. num. 19.
Cap. Ritus 193. declaratur, decif. 36. num. 1. 3. 25.
Cap. Ritus 193. generaliter, & indiſtinctè loquens, generaliter, & indiſtinctè debet intelligi, decif. 36. nu. 3. Etiam ſi in alio caſu eſſet maior ratio, nu. 4.
Cap. Ritus 124. declaratur, decif. 36. nu. 13.
Cap. Ritus 124. procedit etiã in muliere, decif. 36. nu. 14.
Cap. 1. de homicid. lib. 6. vt procedat quæ requirantur? decif.

deciſ.40.num.51.52.53.54.55.56.57.58.59.& 60.

Cap. ſi aliquem habet locum ab inteſtato, deciſ.43.num.8. non autem ſi de feudo fuerit diſpoſitum inter viuos, vel in vltima voluntate, nu.9.

Cap. Regni Regis Caroli 204. confirmatum per cap. Regni Regis Philippi 11. 18. deciſ.43.num.18.

Cap. ſi aliquem loquens generaliter, & indiſtinctè generaliter, & indiſtinctè intelligi debet, & iam ſi fuerit maior ratio in vno caſu quam in alio, deciſ.43.nu.24.

Cap. ſi aliquem defert ſucceſſionem proximiori, deciſ. 43. nu.21. indiſtinctè, nu.24.

Cap. Regni Regis Caroli 118. rub. in ſucceſſ. feud. declaratur, deciſ 43.nu.31.

Cap. volentes procedit in refutatione facta in proximè ſucceſſurum, deciſ 43 nu.40. & 41. (nu.68.

Cap. per latum extra qui fil. ſint legit. declaratur, deciſ.43.

Cap ſi aliquem habet locum in feudo cuiuslibet formę, deciſ.43.num.83.

Cap. terrulas 12. quaſt.2. declaratur, deciſ.44.nu.28.

Cap. Ritus 112. declaratur, deciſ.46.num.6.& 7.

Cap. Ritus 177. declaratur, deciſ.49 nu.10.

Caſtrum, vel turris non extimatur ex ſumptibus, & valore ædificij, ſed ex redditu, deciſ.15 nu 80.

Caſus requirentes ſcripturam remiſſiuè, deciſ 3 nu.31.

Caſus legis vbi eſſet clarus non relinquitur dubitationi locus, deciſ.15.nu.70.

Caſus legis vbi ideſt nō dicitur res dubia, deciſ 43.nu.84.

Cauſa feudalis non dicitur quando agitur ad pecuniā actione perſonali, deciſ 15.nu.48.

Cauſa dicitur à caſu, deciſ.22.num.11.

Cauſa debet eſſe in appellabilis equaliter fauore rei, & actoris, deciſ.22.nu.12.

Cauſa dubia dicitur quando factum eſt certum, & ius incertum, deciſ.45.nn.15.

Cauſa vtilitatis eſt legitima pro alienatione rerum Eccleſiæ, deciſ.44.nu.26.

Cauſa quæ dicatur cōſimilis, ad effectū recuſandi Iudicem, Iudicis arbitrio remictitur, deciſ.47.nu.40.

Cauſæ virginum an enumerentur inter ſummarias, deciſ. 22.num.2.

Cauſæ concluſæ in Magna Curia non tranſeunt in hermodicium, deciſ.25.nu.6.

Cauſæ Eccleſiarum ſunt ſummariæ, deciſ.44.nu.2.

Cauſæ ſimilitudo non requiritur omnimoda, vt Iudex recuſari valiat, deciſ.47 nu 38.

Cautela vt monaſterium ingreſſa renuncians nō poſſet tractari de læſione, deciſ.45.num.5.

Ceſſante ratione finali ſuper qua fundatur diſpoſitio ſtatuti debet ceſſare ipſius diſpoſitio, deciſ.4.nu.19.

Ceſſante vna ratione durat diſpoſitio ſuper exiſtente alia, deciſ. 43.nu.91. (24.

Ceſſionarius ſuccedit in vniuerſum ius cedentis, deciſ.1.nu.

Ceſſionarius non obtinet ius ceſſum ſi non habet annexas qualitates cedentis, deciſ.1.nu.27.

Ceſſionarius repreſentat perſonam cedentiū, & in eius iura vniuerſa ſuccedit, deciſ.8.nu.10.

Ceſſionarius dicitur procurator irreuocabilis in rem propriam, deciſ.8.nu.11. (8.nu.12.

Ceſſionarius comprehenditur appellatione creditoris, deciſ.

Ceſſionis ſcientia extraiudicialis non ſufficit quando ceſſio facta fuiſſet ad commodum cedentis, deciſ 15.nu.67.

Chriſtianus quilibet præſumitur inter Chriſtianos, deciſ. 40.num.59.

Circuitus eſt euitandus, deciſ.15.nu.52.

Citari debet ille cuius principaliter intereſt, & non ſecundario, deciſ.15.nu.97. (nu.3.

Citari debet quiſquè cuius principaliter intereſt, deciſ.47.

Citari non debet is cui nullam competere defenſionem notoriè conſtat, deciſ.47.nu.12.

Citatio poſſeſſorum bonorum tutoris non eſt neceſſaria in iuditio redditionis computi tutelæ, deciſ.28.nu.17.

Citatio facta per aſſertū procuratorem inducit litis pendentiam maximè oblata cautione de rato, deciſ. 46.nu.48.

Citatus in ſententia non debet citari in exequutione, deciſ. 47.num.11.

Clauſula abſquè tamen aliorum hæredum legitimorum, & naturalium præiuditio, deciſ 3.nu.102.& 105.

Clauſula, & per hanc legitimationis gratiam non intendimus derogare, nec præiudicare iuri alicui competenti, vel competituro in bonis parentum veſtrorum, deciſ.3. num.103.107.& 108.

Clauſula ſine præiuditio venientum ab inteſtato quid importat, deciſ.3.nu.106.

Clauſula ex certa ſcientia quid importat, deciſ.3.nu.118,

Clauſula iuſtificata apponi ſolita in literis manutentionis poſſeſſionis, deciſ.6.nu.28.

Clauſula codicillaris operatur, vt præteritione deſcendentium teſtamentum non poſſet dici nullum, deciſ.11.nu. 15.contra nu.16.indiget (ſecundum aliquos) deciſione ceſarea, nu.17.

Clauſula nō aliter, nec alio modo facit omnino deficere conſenſum, deciſ.21.num.12.

Clauſula quæ omnia, &c. circa compatibilia facit contractum indiuiduum, deciſ 36.nu.39.

Clauſula vt bancus operatur renuntiationē exceptionis diſcuſſionis, deciſ.39.nu.20.

Clauſula ſaluo errore calculi adiecti in decreto nō operatur quominus in totum nullum reddatur, deciſ 46.num.33.

Clauſula in decreto appoſita quod ſi in eo inuenirentur appoſita verba quæ non deberent apponi pro non appoſitis habeantur non operatur, deciſ.46.nu.40.

Clauſula omni meliori modo adiecta in teſtamento operatur, vt legatarius poſſet capere legatum propria authoritate, deciſ.48.nu 20.

Codicilli trahuntur ad mentem teſtamēti, deciſ.37.nu.21.

Cognitio cauſæ quo pacto dicatur interueniſſe in ſubiugatione minorum, deciſ.5.num.31.

Coitus cū ancillis iure ciuili eſt fauorabilis, deciſ.3.nu.76.

Coitus dominæ cū ſeruo grauiſſimè punitur, deciſ.3.nu.77.

Communis vſus loquendi tempore conditi teſtamenti loci, ſeu patriæ teſtatoris debet probari per illum qui in eo ſe fundat, deciſ.3.nu.83.

Communis error facit ius, deciſ.43.nu.61. declara, nu.62. 64.& 65.

Compenſatio extinguit actionem ipſo iure, deciſ.31.nu.2.

Compromiſſum nemo cogitur acceptare, deciſ. 23.nu.15.

Cōpromiſſum acceptans cogitur diffinire, deciſ.23.nu.16.

Compromiſſum quādo dicatur acceptatū, deciſ.23.nu 17.

Conatus deuentus ad actum proximũ ſufficiet in aſſaſſinio, deciſ.40.nu.53.
Concedens conſequens videtur conceſſiſſe antecedens, deciſ. (12.nu.2.
Conceſſio feudi ex dictione quibuſcumquè transfertur ad aſtraneos hæredes, deciſ.3.nu.132.
Conditio debet adimpleri in forma ſpecifica non per equipollens, deciſ.43.nu 27.
Coniectura propriè eſt de re dubia, deciſ.40.nu.42.
Coniectura vnde deriuatur, deciſ.40.num.43.
Coniecturæ quales debeant eſſe in crimine aßaſſinij, deciſ. 40.num 41.
Concubinæ acceßus alterius nõ eſt punibilis, deciſ.3.nu.65. ſecus in concubina domini, nu.66.
Condemnati ſi fuerint plures adminiſtratores ſimpliciter ad reddendum compotum pro rata quilibet eius teneretur, deciſ.13.nu.29.
Condemnatus vti curator cum nõ eſſet dicitur nulliter condemnatus, deciſ. 10. nu. 2. & 3. legitimè tamen potuit condemnari vti negotiorum geſtor, nu.2.
Conditio habetur pro impleta ſi non ſteterit per aliquem quominus adimpleatur, deciſ. 1.nu. 36.
Conditio inducit formam, deciſ.21.nu.2.
Conditio eſt indiuidua, & non poteſt pro parte adimpleri, & pro parte non, deciſ.21.nu.4.
Conditio nil ponit in eſſe, deciſ.21.nu.9.
Conditio ſufficit adimpleri præſumptiuè, deciſ.21.nu. 20.
Conditio matrimonij ſpiritualis dicitur poteſtatiua, deciſ. 30.nu.6. contra quod ſit caſualis, vel mixta, nu.8.
Conditio poteſtatiua non ſuſpendit quin currere habeat decennium exequutionis datum ex forma Ritus, deciſ.30. num.7.
Conditio copulatiua requirit vtrinſquè adimplementum, deciſ 37.nu.1. aliquando contra, nu.5. & 19.
Conditio adiecta in teſtamento non cenſetur repetita in codicillis, deciſ 37.nu.4. contra regulariter, num.22. declara, nu.25. & 26.
Conditione pendente ceſſat omnis obligatio, deciſ.21. nu.6.
Conditione pendente nullum ius parti cenſetur acquiſitum, deciſ.21.nu.10.
Conductor poteſt capere pecunias ad intereſſe, cambia, & recambia, deciſ.7.nu.1.
Conductor poteſt iurari ſuper intereſſe ex facultate data à locatore, deciſ.7.num.2. (nu.28.
Confeſſio tutorum aliquando præiudicat pupillis, deciſ. 4.
Confeſſio rei in ſuis exceptionibus probat cõtra eum, deciſ. 4.num.29.
Confeſſio aui non debet præiudicare nepoti, deciſ.5.nu.13.
Confeſſio pretij iurata ſufficit ad obtinendam exequutionẽ contractus ſubiugatorij, deciſ.5.nu.20 (nu.22.
Confeſſio de recepto probat veram numerationem, deciſ.5.
Confeſſio facta in precibus probat cõtra confitentem, deciſ. 6.num.17. etiam quod non fuiſſent ſcriptæ manu ipſius confitentis, deciſ.6.nu.18. declara, nu.22. & 23.
Confeſſio erronea non eſt præiuditialis, deciſ.6.nu.20.
Confeſſio curatoris non præiudicat pupillo, deciſ.10.nu.14.
Confeſſio extorta nullis præcedentibus indutijs eſt nulla, deciſ.12.nu.13.
Confeſſio mandatarij extorta per immoderatam torturam non debet mandanti nocere, deciſ.38.nu.10.
Coniuntio perſonarum eſt maxima præſumptio donationis, deciſ.27.nu.25.
Compenſare non eſt realiter numerare, & ſoluere, ſed fictè, deciſ.5.num.12.
Conſanguinitas probatur per verba enunciatiua in antiquis, deciſ.43 num.44.
Conſcientia iudicis non debet eſſe diuiſa in eodem facto, deciſ.47.num.21.
Conſenſus ſimultaneus quando non requiritur, vt actus valeat ex tunc, deciſ.5.num.34.
Conſenſus proprietarij infra quem terminũ debeat requiri ex Regni cap. deciſ.21 num.17.
Conſenſus proprietarij præſumitur præſtitus ſpatio decem annorum, deciſ.21.num.19. & 21.
Conſenſu proprietarij ſemel requiſito non commictitur caducitas, deciſ.21.num.18.
Conſiliarios offendens dicitur cõmittere crimen leſæ Maeſtatis, deciſ.41. num.2.
Conſt. Regni obſcuritatem declaratur, deciſ.25.num 4.
Conſt. Regni conſtitutionem diue memorie procedit etiã in alienatione facta in ꝓximè ſucceſſurũ, deciſ.43.nu.42.
Conſtituti poſſeſſorij effectus ammictitur per non vſum longo tempore, deciſ.33.nu.6.
Conſtituto transfertur poſſeſſio ciuilis, & naturalis, deciſ. 14. num. 7. etiam ſi conſtituens per colonum poſſideret, deciſ 14.nu.8.
Conſtituto poſſeſſio vera transfertur, licet modus ſit fictus, deciſ. 14.num.9.
Conſuetudo generalis permittit ſolutionẽ fieri poſſe in qualibet ſpetie monetæ iuxta valorem antiquioris receptæ, deciſ.1.num.20.
Conſuetudo Catinenſis conſtituit bona vndequunquè quæſita tripartiri natis filijs, deciſ.40.nu 79.
Conſuetudo probatur per duos teſtes tantum deponentes de duobus ſaltim actibus cum curſu longi temporis, deciſ. 44 num.19.
Conſuetudo in actibus extraiuditialibus non requiritur, vt ſit obtenta in contradictorio iuditio, deciſ 44.nu.20.
Conſuetudo diminutiua ſollemnitatum requiſitarũ in alienationibus rerum Eccleſiæ valet, deciſ.44 nu.21.
Continuatio poſſeſſionis ex forma cap. Regni Regis Ferdin. 43. fit etiam ante aditam hæreditatem, deciſ.42.nu.5.
Contractus ſubiugatorij requiſita, deciſ. 5. nu.1. & ſeq.
Contractus vſurarius eſt nullus, & inexequibilis etiã ſtante ſtatuto reijciente omnes exceptiones, deciſ.7.nu.13.
Contractus locationis præſumitur vſurarius ex enormiſſima læſione, deciſ.7 nu.11.
Contractus non adhibito conſenſu proprietarij ſtat in pendenti, deciſ.21.nu. 13. & reuocatur domino volente, & non aliàs, nu 14.
Contractus legem accipiunt ex conuentione cõtrahentium, deciſ.36. num.22.
Contrarium in iure non inuenitur, deciſ.50.nu.6.
Contumacia, & bannum arguit veritatem delicti, deciſ. 49. num. 89.
Copula operatur vt in præcedenti intelligatur illa qualitas quæ in ſequenti proximo ponitur, deciſ.39 nu.25.
Copula carnalis non probatur ex confeſſione extraiuditiali adulteræ, deciſ.40.nu.67.

Correſpe-

Correſpectiuorum natura eſt, vt habeantur pro vno, deciſ. 1. num. 38.

Creditor adminiſtrator bonorum debitoris præſumitur ſibi ſoluiſſe ex adminiſtratione, deciſ.5.nu.38.

Creditor non adimplens promiſſa iurata non lucratur fructus pratij, deciſ.8. nu.13.

Creditor qui bona adiudicare vellet ſui debitoris tenetur ſuperfluum exequutionis offerre, & deponere ad commodum ipſius debitoris, deciſ.15.nu.14.

Creditor adiens hæreditatem principalis creditoris tenetur cedere contra ſeipſum, deciſ.16 nu.37.

Creditor poſſidens ex ſecundo decreto tenetur ſtare colono debitoris, deciſ 46.nu 57.

Creditor habet neceſſe prius agere reuocatoria contra tertium, & poſtea in eum exequi ſententiam etiam ſi debitor dolo deſierit poſſidere, deciſ.46.nu.59.

Crudelis non dicitur qui maleficos occidit, deciſ.40.nu.98.

Cumiæ ſententia reiecta, deciſ.16.nu.13.

Curator ſubiugans præiudicat pupillo, deciſ.5.nu.21.

Curator alienans bona minoris debet adhibere eaſdem ſollemnitates quæ neceſſariæ eſſent ſi ipſemet minor alienare vellet, deciſ.5.nu.27.

Curator datus in teſtamento debet confirmari adulto petente, deciſ.10.num,1.

Curator legitimè reputatus poßet vti talis condemnari, deciſ 10.nu 4.contra, nu.5.

Curator nõ exigens credita pupilli dicitur in dolo, deciſ.17. nu 8.& tenetur ea cum fructibus reſtituere, nu.9.

Curator tenetur de leui culpa maximè ſtante fideiuſſione rem pupilli ſaluam fore, deciſ.17.nu.14.

Curator tenetur petere à tutoribus rationem, & reliqua, deciſ.27.nu.5. aliàs tenetur ad intereſſe num. 7. & ad omnia ad quæ tenebantur tutores, nu.9.

Curator non exigens debita tenetur ad duplum, & intereſſe, deciſ.27 nu.8.

Curator non exigendo dicitur in dolo, deciſ.27.num.10.& conatum ſuum tenetur probare, nu.11.

Curator non tenetur ad intereſſe non exigendo quando debitor potuit ab adulta exenti, deciſ.27 nu.12.

Curator non tenetur ſuis expenſis exigere, nec facere inuentarium, deciſ 27.nu.13. (nu.14.

Curator nõ dicitur in dolo ſi fecerit quod potuerit, deciſ.27.

Curator accedens extra ciuitatem debet ſumptus facere de pecunijs pupilli, deciſ.27. nu 15.

Curator vel tutor ex doloſa adminiſtratione non dicitur legitimè liberatus, deciſ.27.nu.18.

D.

DAte tempus inſpicitur in reſcripto, deciſ.47.nu.15.

Datio in ſolutum facta ex præcedenti obligatione voluntaria dicitur voluntaria, deciſ.46.nu.43.

Debitores debent citari ad extimari videndũ, & aſſiſtendum tempore æſtimationis, deciſ.15.nu.21.

Debitum dicitur illud quod ab inuito exigitur ſiue ex contractu, ſiue ex ſtatuto, ſiue ex delicto, deciſ.46. nu 32.

Declaratoria requiritur ſaltim commiſſi in pæna ipſo iure impoſita, deciſ.26.nu.6. (nu.32.

Decreta præſumuntur ritè, & rectè interpoſita, deciſ.15.

Decreta ſecunda ſufficiet eſſe ſubſcripta ab omnibus iudicibus, licet demandato omnium recepta nõ fuerint, deciſ. 15.num.40. (nu.1.

Decreti primi effectus durat per annum tantum, deciſ.15.

Decreti in ſecundi interpoſitione ſufficit citari dominos, & poßeſſores rerum adiudicandarum, deciſ.15.nu.92.

Decretum obtentum in venditione non iuuat in ſubiugatione, deciſ.5.num.30.

Decretum ſecundum poteſt interponi ad inſtantiam ipſius poſſidentis non vt poſſideat, ſed vt non turbetur, vel dicta poſſeſſio non reuocetur ab eo, deciſ.8.num.20. vel vt dominium quod ab alio prætenditur adiudicanti acquiratur, nu.21.

Decretum primum non præceſſiſſe, vel præceſſiße, ſed ſine effectu paria ſunt, deciſ. 15.nu.2.

Decretum ſecundum abſolutũ ſine primo eſt nullum, deciſ. 15. num. 3.

Decretum ſecundum poſſet dici nullum defectu iuriditionis deciſ.15.num.5.

Decretum ſecundum interpoſitum plus debito debet declarari nullum etiam pro parte debita, deciſ.15.num.12. etiã quod fuiſſet plus debito reſpectu expenſarũ, nu.13.

Decretum ſecundum eſt nullum forma Ritus non ſeruata, deciſ.15.num.20.

Decretum quo ad ipſius validitatem non requirit ſcripturã niſi ad eius futuram probationem, deciſ.15. num.44.

Decretum ſecundum multis ſollemnitatibus, & laboribus confectum debet in dubio validum pronuntiari, deciſ. 15. num. 47.

Decretum ſecundum factum pro expenſis illiquidis eſt nullum, deciſ.15.nu.54.

Item pro incerta quantitate, num. 55.

Item pro expenſis in minus retaxatis, nu. 56.

Decretum ſecundum interpoſitum ad inſtantiam alicuius, & fratris ſui ſine eius mãdato ſuſtinetur ratione proprij crediti, deciſ.15.nu 68.

Decretum iudiciale ſubreptitiũ eſt nullũ, deciſ.17. nu.12.

Decretu Iudicis, & authoritas tutoris eſt neceſſaria in alienatione alicuius iuris pupillo quæſiti, deciſ.45.nu.16.

Decretum eſt indiuiduum, & non poteſt pro parte valere, & pro parte corruere, deciſ 46.nu.4.

Decretum habet maximã præſumptionẽ, deciſ.46.nu.55.

Decretum de torquẽdo pendente grauamine, & fori remiſſione debet reuocari via attentati, & nullitatis, deciſ. 49. num. 25.

Delicta regulariter probantur plenè duobus teſtibus, deciſ. 40.nu.1. amplia, nu. 2.

Delictum non dicitur Iudici conſtare, niſi dato reo termino ad reprobandum, deciſ.19 nu.24.

Denuntiatio debet eſſe legitima, vt pariat effectum ſuum, deciſ.15.nu.66.

Deo non poteſt pinguior victima mactari quam homo iniquus, deciſ.40.nu.97.

Deportatio eſt in perpetuum in Inſulam confinatio, & non ad tempus, deciſ.19. num.17.

Depoſitarij veri qui dicantur, deciſ.1.nu.15.

Depoſiti actio oritur ex ſola confeſſione pecuniarum quamuis irregularis, deciſ.1.nu.16.

Depoſitum debet fieri de pecunijs eiuſdem qualitatis, bo-

nitatis, & valoris iuxta pactum cōtrahentium, & vniuerſale ius, deciſ. 5. nu. 14.

Depoſitum confeſſatum de cuius numeratione cōſtat aliàs, quàm per confeſſionem depoſitarij nō gaudet priuilegijs veri depoſiti, deciſ. 1. nu. 5.

Depoſitum nō dicitur legitimum ſi eius deponentes fructus perciperent, deciſ. 1 nu. 6. declara, nu. 17.

Depoſitum non integrum, ſeu aliter illegitimum perit periculo deponentium indiſtinctè, deciſ. 1 nu. 7.

Detentatio non prodeſt ad præſcribendum, nec fructus lucrandos, nec ad alios ciuiles effectus, deciſ. 35. nu. 15.

Determinatio vnica reſpiciens plura determinabilia debet vniformiter ea determinare, deciſ. 9. nu. 36.

Dictio in infinitum perpetuam familiæ conſeruationem denotat, deciſ. 3. num. 19.

Dictio quibuſcunq; ſolet includere ea quæ ex propria ſignificatione non veuirent, & ea quæ ſpecialem mentionem requirerent, deciſ. 3. num. 131.

Dictio alijs eſt repetitiua ſimilium, deciſ. 3. num. 137. & iuncta cum dictione quibuſcunquè continet maiora expreſſis, num. 138.

Dictio iuxta eſt relatiua in omnibus ad relatum, deciſ. 36. nu. 15. aliquando ſignificat propè, vel apud, nu. 16.

Dictio ſtatim ſignificat ſummariè, deciſ. 44. nu. 1.

Dictio multis verificatur ſaltim in duobus, vel vltra, deciſ. 44. num. 18.

Diſcuſſio non requiritur in cauſa ſummaria, deciſ. 28. num. 2. nec quando conſtat principalem notoriè non eſſe ſoluendo, num. 3.

Diſiunctiua aliquando habet ſenſum coppulæ, deciſ. 37. nu. (20.

Diſpenſatio requirit cauſæ cognitionem, deciſ. 3. num. 110. declara, num. 117.

Diſpenſatio regia quare requiratur in interpoſitione ſecundi decreti ſuper feudalibus, deciſ. 15. nu. 7. & 9.

Diſpenſatio facta ab eo qui non haberet talem poteſtatem, ſed pro tali cōmuniter reputatur valet, deciſ. 43. nu. 60.

Diſpenſatio præſumitur ſi fuerit deuentum ad ſollemnizationem matrimonij ad quā ſine ea non poterat deueniri, deciſ. 43. nu. 66. declara, nu. 67.

Diſpenſatio requirit cauſæ cognitionem, deciſ. 43. nu. 69.

Diſpenſatus ad quecunquè beneficia poterit admitti etiam ad beneficium curatum, & cathredale, & dignitates obtinere, deciſ. 3. nu. 136.

Diſpoſitio loquens in vno caſu non debet trahi ad alium, deciſ. 15. num. 59.

Diſpoſitio conditionalis non adimpleta conditione remanet inefficax, deciſ. 21. num. 1.

Doctores dicuntur teſtes iuris, deciſ. 3. nu. 94. (41.

Doctores non ſunt numerandi, ſed ponderandi, deciſ. 4. nu.

Doctores atteſtantes cōmunem debent alijs præferri, deciſ. 4. num. 52.

Doctori nihil alleganti nō eſt deferendum, deciſ 45. nu. 48.

Doctoris deficiente fundamento deficit eius deciſio, deciſ. 3. num. 93.

Doctoris authoritas cuius ſcripta non videntur eſt paruifacienda, deciſ. 36 nu. 40.

Doctoris authoritas nō inſpicitur, ſed ipſius rationes, deciſ. 36 num. 41.

Doctoris ſingularis authoritas eſt paruifacienda, deciſ. 36. num. 41. & ſi celeberrimi alicuius rem dubiam reddat, num. 44.

Doctoris dictum debet intelligi ſecundum legem quam allegat, deciſ. 37. num. 24. (nu. 86.

Doctoris authoritati contrariæ non eſt deferendū deciſ. 43.

Dolus adminiſtratoris cōpetitur ex adminiſtratione facta, abſq; inuentario, & alijs ſollemnibus, deciſ. 13. nu. 13.

Dolus qualiter detegatur, deciſ. 17. nu. 4. 5 6. & 7.

Dolus nunquā comprehenditur in quātitatia generali, deciſ. 17. nu. 10. etiā iurata ſtāte enormiſſima læſione, nu. 11.

Dolus ex propoſito & re ipſa equiperātur, deciſ. 45. nu. 28.

Dominia ex ſolo contractu abſq; tradditionibus rerum non migrant ab vno in alium, deciſ. 14. nu. 36. (nu. 3.

Dominium transfertur ex ſententia, deciſ. 8. nu. 1. declara,

Dominium transfertur ex donatione, deciſ 6. nu. 14.

Dominium ſine retraditione non poteſt ab aliquo regredi, deciſ. 8. num. 15.

Dominium rei ſubiugatæ requiritur tempore ſubiugationis fuiſſe ipſius ſubiugatis, deciſ. 14. nu. 2.

Dominium bonorum deſcriptorum in inuentario in præiuditium donatarij non trensfertur in donatorem, ſed eſſet neceſſaria retrotraditio, deciſ. 14. num. 35.

Dominium iam traslatum reſoluto contractu regredi non poteſt abſquè retraditione, deciſ. 14. nu. 37.

Dominiū rei dotalis ſoluto matrimonio ipſo iure, & abſquè traditione ad vxorem reuertitur, deciſ. 15. nu 95.

Dominus non habens vxorem poteſt iure ciuili propriam ancillam habere in concubinam, deciſ. 3. nu. 79.

Dominus ſemel non poteſt amplius effici dominus, deciſ. 8. nu. 16. declara, nu. 17.

Donataria adeundo hæreditatem cenſetur obligationem defuncti ratificaſſe, deciſ. 14 nu. 38.

Donatarius aſcribens bona donata in inuentario hæreditario videtur ſibi præiudicaſſe, deciſ. 14. num. 26. irreparabiliter ſi ex certa ſcientia appoſita fuerint etiam via reſtitutionis in integrum, nu. 27.

Donatarius quando dicatur tacitè ratificaſſe donationem, deciſ. 20. nu. 4. & 5.

Donatarius omnium bonorū poſſet conueniri modo exequutiuo, ex debito exequutiuo donantis, deciſ. 30. nu. 2.

Donatæ res à donatore alienatæ poſſent per donatarium, & hæredē reiuendicari inuentario cōfecto, deciſ. 14. nu. 42.

Donatio vnius rei non extenditur ad aliā, deciſ. 13. nu. 26.

Donatio facta à patre filiæ non valet, deciſ. 14. nu. 17.

Donatio inter patrem, & filium validatur iuramēto, deciſ. 14. num. 20. (21.

Donatio facta filiæ ex cauſa dotis eſt valida, deciſ. 14. nu.

Donatio facta filiæ emancipatæ valet etiam non inſinuata, deciſ. 14. num. 22.

Donatio in præmium emancipationis comprehenditur ſub cap. Regni Regis Ferdin. 61. rub. de donat. omu. regiſtr.

Donatio facta coniunctæ perſonæ præſumitur ſimulata, deciſ. 14. nu. 43. declara, nu 44.

Donatio præſumitur ſimulata ſi donator remanſerit in poſſeſſione rerū donatarū, deciſ. 14. nu. 45. etiā quod adeſſet clauſula conſtituti, nu. 46. declara, nu. 48. & 49.

Donatio facta abſenti cum iuramēto valet, deciſ. 20. nu. 1.

Donatio propter nuptias nō indiget inſinuatione, deciſ. 20. nu. 6. quia eſt ob cauſam, nu. 7. contra, nu. 8.

Donatio

Donatio ex cauſa neceſſaria non eget inſinuatione, deciſ. 20.num.11. (nu.1.
Donatio poteſt fieri vt valeat ad certum tempus, deciſ.24.
Donatio rei quæ fuerit maiorũ donatoris præſumitur ſimulata, deciſ.24.nu.9.& alijs coniecturij, nu.7.& ſeq.
Donatio propter lites futuras ſolet fieri in Regno perſonis priuilegiatis, deciſ.24.nu.12.
Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum cum modica reſeruatione eſt nulla, deciſ.35.num.20.etiam reſpectu præſentium tantum, nu.22.
Donatio feudi cum reſeruatione vſufructus ſine licentia Regis viui eſt nulla, deciſ. 35.nu.23.
Donatio facta filiæ in poteſtate non firmatur iuramento, deciſ.35.nu.24.contra, & receptius, nu.25.
Donatio feudi facta filiæ reuocatur ob natiuitatem filij maſculi etiam naturalis legitimati per ſubſequens matrimonium, deciſ.35.nu.26.
Donatio præſumitur ratione ſanguinis, deciſ.50.nu.14.
Dos poteſt à patre aſſignari non nubili, deciſ.2.nu.8.
Dos vera, vel confeſſata elapſo tempore exceptionis nõ numeratæ pecuniæ habet priuilegium anterioritatis circa hypotecam, deciſ.28.nu.9.
Dos de paraggio ſuccedit loco legitimæ, deciſ.31.nu.4.
Dos de paraggio dicitur debitum neceſſarium patris, deciſ. 31.num.7.
Dos præcipuè taxari debet inſpecta quantitate patrimonij, deciſ.32.num.1.
Dos debet computari in legitimam, deciſ.45.nu.33.
Dotarium expreſſè non conſtitutum non debetur ab hæredibus viri, deciſ.5.nu.14.
Dotarium non conſtitutum debetur pro oſculo, & deflorata virginitate, deciſ.5.nu.19.
Dotata vt mulier dicatur requiritur quod matrimonium ſequatur cum dota, deciſ.2.nu.7.
Dotes non debent reſtitui ſuper fideicõmiſſo materno, deciſ. 4.nu.13.contra, nu.51.
Dubitationi in claris non eſt locus, deciſ.50.nu.12.

E.

EBrietas nõ repellit teſtẽ niſi probetur quod eſſet ebrius tempore teſtimonij, deciſ.40.nu.31.& 87.
Eccleſia reſtituitur in integrum aduerſus ſententiam, deciſ. 45.num. 23. etiam contra aliam Eccleſiam, vel minorem 45.num.24. (2.
Emens nomine alterius tenetur ei cedere iura, deciſ.33.nu.
Emptæ rei dominium magis fuit traslatum in emptorem de cuius pecunijs fuit empta quàm in eum cuius nomine fuit empta, deciſ.33.nu.4.ratio, nu.5.
Emptio nomine abſentis valet etiã Notario pro eo minime ſtipulante, deciſ.33.nu.1.contra, nu.7. declara, nu.8.
Emptio inſpicitur ſi facta fuerit nomine alicuius, & non de alterius pecunijs, deciſ.33.nu.3.
Emptor non debet lucrari fructus rei venditæ ſine prætio, deciſ.5.num.4.
Emptori datur exceptio, & retentio de cuius pecunia fuerit facta ſolutio antiquiori creditori, & in ſolutione nil fuerit dictum de ſubintrantia, deciſ.27.nu.5.
Equalitas eſt ſeruanda inter fratres, deciſ.9.nu.30.
Error facile concipitur in extremis, deciſ.3.nu.36.
Error iuris probabilis ſufficit ad prolis legitimationẽ, deciſ. 43 nu.53.contra, nu.55.
Error iuris non excuſat cũ potuerit conſuli peritiores, deciſ. 46.num.34.
Erroris in calculo exemplum, deciſ.46.nu.35.
Exceptio carentiæ actionis repellit actorem à limine iuditij deciſ.2.nu.1.etiam ſtante ſtatuto reijciente omnes defenſiones, nu.2.ac etiam ſi fuiſſet dicta exceptio oppoſita poſt terminum datum ad opponendum, nu.3.
Exceptio rei iudicatæ vt poſſit obeſſe quæ requiratur, deciſ. 3.num.155.
Exceptio rei iudicatæ ceſſat ſi ceſſat cauſa propterquam fuit lata ſententia, licet ſit eadem perſona, idem ius, & eadem res, deciſ.3.nu.157.Et multo fortius ſi ſuperuenerit actoris ius nouum, nu.158.
Exceptio nullitatis notoriæ apparens ex actis admictitur non obſtante pragm. de cenſibus reijciente omnes exceptiones, & defenſiones, deciſ.5.num.2. limita, num 3.4.& 5.
Exceptio non numeratæ pecuniæ non admictitur in confeſſione facta in articulo mortis, deciſ.5.nu.16.
Exceptio deficientis qualitatis requiſitæ à ſtatuto nunquã cenſetur reiecta, deciſ.6.nu.11.
Exceptio oriens ex facta aduerſarij non cenſetur reiecta à ſtatuto denegante omnes exceptiones, & defenſiones, deciſ 6.num.12
Exceptio ſolutionis admittitur ſtante ſtatuto, vel pacto reijciente omnes exceptiones, & defenſiones, deciſ. 13. nu.1.rationes, nu.2.3.& 4.
Exceptio admittitur aduerſus liquidationẽ, licet aduerſus ſententiam, vel inſtrumentũ reijciatur, deciſ.13.nu.15.
Exceptio reddens probationem actoris dubiã, eam penitus excludere videtur, deciſ.14.num.5.
Exceptio tu ceſſiſti obſtat cedenti, deciſ.15.nu.16.declara, num.62 & 63.
Exceptio rei iudicatæ obſtat pro tota ſumma de qua fuit cognitum, deciſ.15.nu.64.
Exceptio tantumdem, continet etiam fructuũ perceptorum rationem ex bonis hæreditarijs, deciſ.16.nu.21.
Exceptio tantumdem nõ habet locum contra heredem hæredis, deciſ.16.nu.22.contra, & receptius, nu.23.
Exceptio cedendarum quando nec ne admitti debeat, deciſ. 16 nu.30.31.32.38.39.40.41.42.43.& 44.
Exceptio cedendarum non opponitur ad retardandam exequutionem, deciſ.16.nu.33. (16.nu.34.
Exceptio cedendarũ non requirit facti probationem, deciſ.
Exceptio cedendarum oritur ex eodem fonte ex quo naſcitur actio, deciſ.16.nu.31.
Exceptio cedendarũ non reſpicit merita cauſæ, ſed modum procedendi, deciſ.16.nu.36.
Exceptio experiris ſine actione eſt litis finitæ, deciſ.17.nu. 1. & opponitur etiã poſt ſententiã, nu.2.contra, nu.16.
Exceptio requirens altiorẽ indaginẽ non debet admitti aduerſus exequutionẽ ſententiæ, deciſ.17.nu.17.neque impedit proceſſum, ſed reſeruatur ad merita cauſæ, nu.18.
Exceptio defectus qualitatis requiſitæ à ſtatuto admittitur contra exequutionem cenſus bullaris, deciſ.20.num.12. Etiam quod requirat alteriorem indaginem, num.13.

Exceptio

Exceptio conditionis non adimpleta admittitur nõ obſtante ſtatuto reijciente omnes defenſiones, deciſ.21. nu.7. ſicut etiam exceptio agis ante diem, nu.8.

Exceptio de iure tertij quod non admittatur in feudis quomodo procedat declaratur, deciſ.21 nu.15. & 16.

Exceptio adimplementi non ſequuti ex parte actoris non cenſetur reiecta à ſtatuto reijciente omnes defenſiones, deciſ.26.nu.1. (nu.1.

Exceptio carentiæ actionis impedit proceſſum, deciſ.29.

Exceptio quo ad te liberas ædes habeo eſt litis finitæ deciſ. 29.num.6.

Exceptio compenſationis admittitur etiam ſtante ſtatuto reijciente omnes exceptiones, deciſ.31.nu.1.

Exceptio illegitimitatis admittitur in poſſeſſorio ſummariſſimo quãdo partes paſſæ fuerint diſcuti merita, deciſ. 35.nu.36.contra, nu 37.. (14.

Exceptio firmat regulam in non exceptuatis, deciſ.49.nu.

Exceptiones peremptoriæ natæ ante ſententiam nõ admittuntur aduerſus eius exequutionem, ſed modificatiuæ, deciſ.27.nu.1. declara, nu.2.

Excluſionis cauſa ceſſante ceſſat excluſio, deciſ.3.nu.162.

Excluſus ſemel ſemper cenſetur excluſus, deciſ.3.nu.154. declara, num.161.

Exempla non probant, deciſ.16.nu.14 amplia, num. 15. limita, nu.17.18.& 19.

Exequutio non impeditur probatione dominij tantum, ſed bene dominij, & poſſeſſionis ſimul, vel poſſeſſionis tantum, deciſ.8.num.2.

Exequutio venit retractanda ex illiquidatione ſummæ, deciſ. 10.num 11.intellige quando fuiſſet tota ſumma illiquida ſecus ſi pars, nu.12. (14.

Exequutio non poteſt procedere pro illiquido, deciſ.13. nu.

Exequutio non datur contra tertium, deciſ.30 nu.1.

Exequutio ſententiæ capitalis non debet nimis differri, deciſ.40.num.20.

Exequutio eſt de illis rebus quæ non habent certam formã, deciſ.46 num 8.

